Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

SPECIMEN INAVGVRALE IVRIDICVM

DE

# L E G I T I M A,

ILLVSTRI JCTORVM ORDINI,

QVI

ERFORDIAE FLORET,

PRO CONSEQVENDIS IN IVBILAEO, QVOD INSTAT,

SVMMIS IN IVRE HONORIBVS,

EXHIBITVM

A

LVDOLPHO HENRICO LILIEN,

ILLVSTRIS REGIMINIS ELECTORAL. ADVOCATO.

---

ERFORDIAE, MDCCXCII.

LITTERIS GOERLINGIANIS, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

SPECIMEN INAVGVRALE IVRIDICVM

DE

# LEGITIMA

ILLVSTRI, JCTORVM ORDINI,

QVI

ERFORDIAE FLORET,

PRO CONSEQVENDIS IN IVBILAEO, QVOD INSTAT,

SVMMIS IN IVRE HONORIBVS,

EXHIBITVM

A

LVDOLPHO HENRICO LI

ILLVSTRIS REGIMINIS ELECTORAL. ADV

---

ERFORDIAE, MDCCXC

LITTERIS GOERLINGIANIS, A

CVI, 8.

179-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15



## §. I.

*Quid ſit portio legitima, et ſub quibus aliis nominibus veniat?*

Portio legitima, quae Iure Romano quoque quartae a), Falcidiaeue b) nomine venit, eſt certa pars bonorum, heredibus neceſſariis toties relinquenda, quoties non in ſtatu tali

a) §. 3. et 6. I. de inoffic. teſtam. L. 8. §. 6. 8. et 9. D. eod. tit. L. 6. 8. 29. 36. §. 1. C. eod. L. 1. 2. 7. et 8. C. de in offic. donat. *portio debita, pars legitima* vocatur in L. 28. et 30. 32. 33. 34. 35. et 36. §. 1. C. de in offic. teſtam. *debitum naturale* in L. 36. §. 2. D. eod. *debitum bonorum ſubſidium*, in L. 5. C. de in offiic. donat.

b) L. 31. C. de in offic. teſtam. Auth.: Vnde, et ſi parens C. eod. tit. L. 5. §. 3. C. ad Leg. Iul. Maj. Nou. 92. pr.

tali verſantur, quem propter iure ſuccedenti prorſus priuari [c]), ab eoue, (velut liberi ſeparati) arceri poſſint; nec debito modo exheredati, praeteritiue [d]) aut, bona mente a iure ſuccedendi excluſi fuerint [e]).

## §. II.

*Quinam ſint heredes neceſſarii?*

Heredum neceſſariorum, quod quidem ad ius capiendae legitimae ſpectat, qualitate gaudent I.) liberi, quos parentes iure habent, aut habituri ſunt: quos inter, A.) qualitatem liberorum ſi ſpectes, referendi ſunt: a) liberi legitimi, ii nempe, qui ex iuſto matrimonio citra monſtroſitatem atque abortionem, viui. perfecte, ac legitimo tempore in lucem editi ſunt [a]); quorum iure quoque nati ex matrimonio putati-

uo

c) Nou. 125. cap. 3. et 4. Nou. 22. cap. 46. §. 3. et 4. cap. 47. pr. Nou. 92. cap. I. §. 1.

d) Nou. 115. c. 3. et 4.

e) L. 18. D. de liber. et poſth. hered. inſtit. arg. L. 51. pr. D. de hered. pet. L. 25. C. de in offic. teſtam. Ea vero, quae in Nou. 115. cauta ſunt, ab exheredatione bona mente facta aliena prorſus ſunt.

a) §. 2. et 8. I. de hered. quae ab inteſt. defertur. pr. et §. 1. I. de in offic. teſtam. L. 12. D. de lib. et poſthum. l. 2 et 3. C. de poſthum. hered. l. 129. de V. G. L. 6. de his, qui ſui, vel alieni iur. pr. et §. 3. I. de patr. poteſt L. 7. D. de bon. damn. L. 7. §. 1. D. ſi tab. teſtam. nullae extab. L. 15. pr. D. de in offic. teſtam.

L. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

uo [b]) aut ex ſponſo geniti [c]) aeſtimantur. b) legitimati per ſubſequens matrimonium [d]) c) plene per principis Reſcriptum, mandatuue eius legitimati [e]): qui ſi ſoli adſint, procul dubio ſoli iure quoque heredum neceſſariorum, caeteris paribus, cenſendi ſunt [f]). Ante exiſtentiam legitimorum plene legiti-

L. 4. C. de lib. praeter. Auth.: Non licet parenti C. eod. tit. L. 29 et 30. C. de in offic. teſtam. Nou. 1. praef. §. 2. Nou. 115. cap. 3. Nou. 118. cap. 1. cap. 16 et 18. X. de teſtam. L. 1. §. 5. D. ad SCt. Tertyll. L. 29. pr. D. de lib. et poſth. §. 1. I. de exhered. lib. l. 14. D. de ſtatu hom. L. 6. pr. D. in offic. teſtam. L. 3. C. de poſthum. hered. inſtit. L. 30. §. 1. C. de in offic. teſtam. §. 2. I. eod. tit.

b) cap. 2 et 14. X. qui filii ſunt legitimi arg. L. 4. C. de inceſt. nupt.

c) *Brunnemann.* ad L. 6. D. de his, qui ſui vel alieni iur. *Carpzou.* Part. 3. Conſtit. 14. Def. 12. *Wilduogel.* in diſſ. de partu legit. Ienae 1720. §. 2. *Leyſer.* Spec. 15. Medit. 6.

d) §. 2. I. de hered. qui ab inteſt. L. 10 et 11. C. de natural. liber. Nou. 12. cap. fin. Nou. 89. cap. 8. *Samuel. Stryck.* diſp. de grav. legit. Halae ad Salam 1702. Cap. 1. §. 5. *Weſtenberg.* in Oper. Diſſert. de legitima portione Diſſert. 2. Cap. 2. §. 19. *Georg. Ankelmann.* Diſſert. inaug. de Succeſſ. ab inteſtato liberor. natural. et ſpurior. in bona matris eiusque collater. Goettingae 1764. Cap. 1. S. 1. §. 3.

e) Nou. 74. c. 1. Nou. 89. c. 3 et 9. §. 1. Nou. 98. c. 9. et c. 11. §. 1.

f) *Ankelmann.* in diſſert. cit. Cap. 1. Sect. 1. §. 5. *Stryck.* in diſſert. cit. Cap. 1. §. 5. *Weſtenberg.* Diſſert. cit. 2. Cap. 2. §. 23.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

legitimati iure legitimorum habentur g): liberis vero legitimis iam exiſtentibus, legitimati per reſcriptum ſuperuenientes qualitatem heredum neceſſariorum tum demum nanciſcuntur, ſi legitimatio ſub clauſula: *liberis legitimis non obſtantibus*, ſimiliue, attributionem iurium legitimorum continente, facta fuerit; quo caſu praxis, ſententia communiore recepta, nihiloſecius legitimis, iam tempore legitimationis exiſtentibus, legitimae praerogatiuam vindicat h) d.) arrogati, durante vinculo adoptionis i). niſi quod arrogato impuberi, eidemque eman-

g) Nou. 89. cap. 9. *Weſtenberg*. d. diſſ. 2. Cap. 2. §. 23. *Gail*. Lib. 2. Obſ. 142. n. 5. Idem lib. 2. Obſeru. 122. n. 3. *Ankelmann*. loc. cit. p. 12.

h) *Io. Gottl. Heinecc.* in I. §. 172. Idem in π. §. 160. *Stryck*. in Vſu mod. Lib. 1. Tit. 6. §. 16. Idem in Tr. de *S. A. I.* Diſp. 1. c. 2. §. 72 ſeqq. *Mollenbec*. d. Theſ. p. 58. n. 16. et pag. 59. n. 20. *Ankelmann*. et DD. ab eod. loc. cit. p. 13. nota c. alleg. diſſentit *Weſtenberg*. in Diſſ. 2. C. 2. §. 24. vbi dicit: Quod ſi liberi extent ante legitime nati, legitimatio haec locum non habeat ob Nou. 74. c. 1. et Nou. 98. c. 9. et c. 11. §. 1.

i) §. 10. I. de hered. quae ab inteſt. def. pr. I. de adopt. L. 10. C. de adopt. §. 2. I. de in offic. teſtam. L. 30. D. eod. tit. L. penult. C. de adopt. §. 4. I. de exher. liber. *Stryck*. in diſſert. cit. Cap. 1. §. 13. Excludunt impuberes. *Ioh. Heur. Mollenbec*. in Theſ. Iur. Civ. Lemgouiae 1717. Lib. 5. Tit. 2. pag. 283. et *Weſſenberg*. diſſert. cit. 2. cap. 2. §. 18. ob L. 18. §. 15. D. de in offic. teſtam. §. 4. I. de exher. liber. §. 2. I. de in offic. teſtam. L. penult. C. de adopt. L. 22. pr. D. de adopt.

emancipato legitima debeatur [k]). Et quidem vinculum arrogationis ad arrogantis maſculos quoque refertur, ſi arrogationi conſenſerunt [l]): ſalua tamen, vti videtur, legitima, a liberis legitimis iam ante arrogationem exiſtentibus, exemplo legitimatorum per Reſcriptum Principis accedentium praecipienda [m]) e) Plene adoptati [n]). f) Spurii et vulgo quaeſiti, quoad matrem aſcendentesque maternos [o]); niſi ſi mater illuſtris ſit, proleque legitima non deſtituatur [p]); (g) liberi naturales,

k) §. 3. I. de adopt. l. 22. pr. D. de adopt. l. 8. §. 15. D. de in offic. teſtam. L. 10. §. 2. et fin. C. de adopt. *Stryck.* diſſert. cit. Cap. 1. §. 13. ibique cit. DD.

l) §. 10. I. de adopt. L. 2. §. fin. L. 15. pr. et l. 40. pr. D. de adopt. §. 2. I. eod. tit. L. pen. pr. et §. fin. C. eod. tit. §. 5. I. eod tit. L. 10. pr. C. de adopt.

m) L. 17. §. 3. D. de adopt. I. *H. Böhmer.* in Introd. in Ius Dig. Lib. 1. Tit. VII. §. 4. n. 4. *Io. H. Mollenbec.* in d. Theſ. L. 1. Tit. 7. pag. 60. lit. S. et pag. 62. n. 10. *Struu.* in Exerc. 3. §. 43. *Ioach. Hopp.* in Comment. ad I. Lib. I. Tit. XI. pag. 110. comm. 1. n. 4.

n) §. 2. I. de hered. quae ab inteſt. def. L. 10. pr. et L. penult. §. 1. et 2. C. de adopt. L. 5. C. de ſuis et legitimis. *Stryck.* diſſert. cit. Cap. 1. §. 9. ibique cit. DD. *Io. Henr. Mollenbec.* in Theſ. Iur. Ciu. Lib. 5. Tit. 2. p. 283. *Weſtenberg.* diſſert. cit. 2. Cap. 2. §. 17.

o) §. 3. I. de SCto Orphit. L. 5. C. eod. L. 1. D. ad SCt. Tertull. pr. et §. 2. L. 2. et 8. D. vnde cogn. *Stryck.* diſſert. cit. Cap. 1. §. 8. *Weſtenberg.* diſſ. cit. 2. Cap. 2. §. 27. *Manz.* de teſtam. val. vel inual. Tit. XII. Qu. 2. §. 12 et 13.

p) arg. L. penult. C. ad SCt. Orphit. L. 2. D. vnde cogn. L. 5. C. ad SCt.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-144556073-15

rales, ſi de ſucceſſione matris, adſcendentiumque maternorum agatur q). B.) Quando qualitas heredis neceſſarii a iure ſanguinis pendet, nihil intereſt, vtrum ſint ſui, an emancipati r).

C.) Habito reſpectu ad tempus exiſtentiae, nihil refert, vtrum liberi iam exiſtant: an naſcituri, iique poſthumi futuri ſint: dum parentibus, ſi viuis iis nati eſſent, quoque ſucceſſuri eſſent s).

D.) Ad gradum quod pertinet, non ſolum liberi primi gradus, ſed et liberi ſequentium graduum heredis neceſſarii habendi ſunt: dum liberi poſteriorum graduum non a ſuis parentibus, vtpote gradu propioribus, excludantur t).

E.)

SCt. Tertull. *Stryck.* loc. cit. ad 14. *Ankelmann.* diſſ. cit. §. 10. pag. 24. licet illuſtris, indiſtincte dicit. *Mollenbec.* loc. cit. Manz. modo cit. loc. *Weſtenberg.* autem modo cit. loc. matrem illuſtrem indiſtincte excipit arg. L. 29. C. de in offic. teſtam. et L. 5. C. ad SCt. Orphit.

q) L. 2 et 8. D. vnde cogn. L. fin. C. de natur. liber. §. 3. I. ad SCt. Orphit. L. 5. C. eod. tit. *Stryck.* diſp. dicta Cap. 1. §. 7. *Mollenbec.* loc. cit. *Manz.* loc. cit. *Weſtenberg.* diſſ. cit. §. 26. ob Nou. 89. c. 12. §. 3. arg. L. 19. §. 1. D. de inoffic. teſtam. L. 2 et 8. D. vnde cogn. L. 5. C. ad SCt. Orphil. et L. fin. C. de natur. liber.

r) §. 5. I. de exhered. liber L. fin. C. de lib. praet. vel exhered. Nou. 115. Cap. 3. Nou. 12. Cap. fin. Nou. 89. c. 8. 9. L. 7. et 23. pr. D. de in offic. teſtam. L. 3. 4. 5 et 6. D. eod. tit.

s) vid. LL. n. 1. alleg. a. L. 29. pr. D. de liber. et poſthum vſque ad fin. n. 1.

t) L. 220. D. de V. S. Nou. 1. praef. §. 2. Nou. 18. c. 4. Nou. 115. cap. 3. pr. et §. 11. Nou. 118. cap. 1. §. 2 et 8. I. de hered. quae

ab

E.) Ad Sexum ſi reſpicias, in ſucceſſione ſecundum ius commune diiudicanda, ſexus diuerſitas diſcrimen circa qualitatem heredis neceſſarii non conſtituit [v]).

II.) Liberis non exſtantibus, Parentes, vtriusque Sexus, primi, et ſequentium graduum, ita tamen, vt propiores excludant remotiores [x]).

III.)

ab inteſt. def. *Rumpel* diſſ. cit. Cap. 2. §. 45. 46. 49 et 50. *Sam. Stryck.* de grauam. legit. Cap. 1. §. 6. *Andr. Henr.* a *Mandelsloh*, ſiue eius Praeſ. *Henr. Cocceius* in Diſſert. de Succeſſione nepotum editio 2da Witemb. 1735. Sect. 1. §. 4. *Weſtenberg*. Diſſert. 2. cap. 2. §. 12. 13. de portione legitima. Rec. Imp. Worm. de anno 1521. §. 18. et in Ord. Cam. Aug. de anno 1500. §. 19.

v) §. 5. I. de exher. liber. L. 9. D. de ſtatu, L. fin. C. de liber. praet. vel exher. Nou. 115. cap. 3. Sexus enim fœmininus ſub maſculino quoque, deficiente ratione diuerſitatis, intelligitur. §. 1. I. de inoffi. teſtam. L. 62. D. de legatis 3. L. 195. pr. D. de V. S. L. 21. C. de inoffic. teſtam.

x) L. 14. 15. et 30. pr. D. de inoffic. teſtam. L. 17. et 28. C. eod. tit. Nou. 1. praf. §. 2. Nou. 115. cap. 4. arg. Nou. 118. cap. 2. §. 1. I. de inoffic. teſtam. L. 14. 15. 30. pr. eod. tit. Nou. 118. cap. 2. iuncta L. 6. §. 1. D. de inoffic. *Stryck.* diſſert. cit. Cap. 1. §. 18. Nou. 18. in praef. §. 2. *Carpzou.* Parte 3. Conſt. 12. Def. 1. n. 6. Conſt. 1. D. 9. n. 2. P. 3. C. 11. D. 8. n. 7. P. 3. Conſt. 1. D. 21. n. 10. *Meu.* P. 7. Dec. 19. n. 6. *Mollenbec.* Theſ. cit. lib. 5. tit. 2. p. 283. L. 51. D. de *V. S. Weſtenberg*. Diſſert. 2. de port. legit. C. 3. §. 1. 2. 3 et 4. *Carol. Fried. Zepernick.* ſiue eius Praeſes *Nettelbladt.* in Diſſert. de Hiſtor. I. C. C. de legitima



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

III.) Deficientibus quoque parentibus, fratres y) ſororesue z), iique primo ordine germani aa), et ſecundo ordine conſanguinei bb), nec non, vt verius videtur, vterini cc), in caſu

portione parentum Halae ad Salam. 1773. §. 25 et 26. p. 44. ſeqq. *Ioann. Caſp. Schumann.* in diſſert. inaug. de Succeſſ. Coniug. ſec. Statuta. Erfordiae 1724. §. 20. p. 20.

y) §. 1. I. de inoffic. teſtam. L. 1 et 24. D. eod. tit. L. 21. C. eod. tit. L. 27. C. eod. tit. Nou. 1. praef. §. 2. et c. 1. in f.

z) vid. LL. n. v.) cit. *Schumann.* loco cit. *Stryck.* diſſert. cit. Cap. 1. §. 19. *Weſtenberg.* in Diſſert. cit. 2. Cap. 4. §. 1. et 2. 3. et 4.

aa) arg. L. 6. §. 1. et L. 14. D. de inoffic. teſtam. Nou. 118. c. 3. *Mollenbec.* Theſ. et tit. cit. pag. 283.

bb) vid. LL. et *Mollenbec.* cit. n. aa) L. 27. C. de inoffic. teſtam. Nou. 118. c. 3. *Stryck.* in Vſu mod. Lib. 2. Tit. 2. §. 5.

cc) Quamuis enim neque Iure antiquo, neque Iure nouo, fratres ſororesue vterini heredibus neceſſariis adſcripti ſint α), Iure tamen nouiſſimo, poſteaquam fratribus et ſororibus vterinis idem ius ſuccedendi, quod fratribus et ſororibus conſanguineis competit, *in Nou. 118. c. 3.* non ſolum tributum, ſed etiam cautum eſt, vt in omnibus ſucceſſionibus agnatorum et cognatorum differentia, quocunque modo prioribus legibus tractata, vacet β), effectum eſſe videtur, vt fratres ſororesque vterini, aeque atque conſanguinei, numero heredum

α) L. 27. C. de in offic. teſtam.

β) Nou. 118. c. 4. L. 4. C. de liber. praet.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

caſu ſcilicet ipſis, turpitudinis macula haud adſperſis [dd]), a fratre ſororeue turpis praelatae perſonae [ee]).

## §. III.

*Quomodo qualitas heredis neceſſarii ſit diiudicanda?*

Nullus quidem heres, cui ius ab inteſtato ſuccedendi non tributum eſt, ad claſſem heredum neceſſariorum referri poteſt: ſed contra non protinus is, qui iure ſucceſſionis inteſtatae gaudet, heres neceſſarius dicendus eſt, ſed accedat opportet ſtatus, a quo id ſimul iuris pendet, vt alter alterum ex neceſſitate iuris heredem habeat.

## §. IV.

dum neceſſariorum haberi debeant γ). Quam Sententiam, non ignarus contrariae eorum, qui, a tributa ſucceſſione ab inteſtato ad qualitatem heredis neceſſarii argumentum duci poſſe, negant δ), ſtudio aequitatis amplector.

dd) L. 11. C. de inoffic. teſtam. *Stryck.* in diſſert. cit. cap. 1. §. 19. Idem in Vſu mod. L. 5. T. 2. §. 5. *Weſtenberg*. Diſſert. cit. 2. Cap. 4. §. 7.

ee) §. 1. I. de inoffic. teſtam. L. 27. C. eod. *Wernher*. P. 2. Obſ. 407. ſuppl. no. 1. p. 407.

γ) *Weſtenberg*. in diſſert. cit. 2. Cap. 4. §. 6.

δ) *Mollenbec.* in Theſ. cit. pag. 283. *Stryck.* in Vſu mod. Lib. 5. tit. 2. §. 5. *Manzius* in tractat. de teſtam. valido vel inual. Tit. 12. Qu. 2. n. 56. j. Tit. 10. Qu. 20. n. 8.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

## §. IV.

### *Fundamentum Legitimae.*

Sunt, qui ſtatuunt, Legitimam iure naturae deberi [a]): quae ſententia, quamuis non deſint leges in eam paſſim pronae [b]), ratione deſtituitur; quippe, quod iam diu curatiores obſeruarunt [c]), ne iure quidem naturae liberi, praeter alimenta, ad bona parentum capienda adſpirare poſſunt. Iure

§. V.

a) e. g. *Stryck.* in diſſert. cit. de grauam. legit. Cap. 1. §. 1. et 3. Idem in Vſu mod. Lib. 5. Tit. 2. §. 17. *Meuius* P. 4. Dec. 14. n. 5. *Carpzou.* Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 45. n. 4. item in Reſp. 49. n. 20. Lib. 6. Tit. 1. Reſp. 3. n. 4. Lib. 6. Tit. 6. Reſp. 54. n. 3. Idem Parte 3. Conſt. 7. Def. 24. n. 8. P. 3. Conſt. 12. Def. 1. et 5. P. 3. Conſt. 23. Def. 18. n. 4. P. 1. C. 28. Def. 133. n. 8. *I. C. Claproth.* de comput. legit. ſec. perſon. §. 6. *Wernher.* P. 4. Obſ. 66. n. 1 et 4. item P. 5. Obſ. 200. n. 2. ſeqq. *Tob. Iacob. Reinharth.* in Select. Obſ. ad *Pauli Chriſtinaei* Deciſiones, Vol. 1. Obſ. 43. pag. 104. *Weſtenberg.* in diſſert. cit. I. Cap. 5. *Schumann.* diſſ. cit. §. 20.

b) L. 7. D. de bonis damnator. L. 7. §. vlt. D. ſi tabb. teſtam. L. 15. D. de inoffic. teſtam. L. 5 et 36. §. 2. C. eodem tit. L. 28. C. eod. L. fin. C. commun. de Succeſſ. Nou. 1. praef. §. 2. Nou. 18. in praef. et cap. 1. Cap. 16 et 18. X. de teſtam. C. 1. de teſtam. in 6.

c) *Thomaſius* in diſſert. de Legitima viuentis. Halae 1700. rec. 1727. Cap. 3. §. 23. *Leyſer.* Spec. 91. M. 3. et Spec. 35. Medit. 3. *Carol. Fried. Zepernick.* ſiue qui ei praeſid. praeſtitit *Daniel Nettelbladt.* in diſſert. cit. Cap. 1. §. 2.

Romano legitima originem reſponſis prudentum debet, firmata eſt auctoritate rerum iudicatarum, tandemque iure ſcripto comprehenſa eſt ac definita [d]).

## §. V.

### *De Quantitate Legitimae, atque in primis liberorum.*

*Portionis legitimae* quantitas Centumuirorum arbitrio relicta, deinde, lata Lege Falcidia, ea per interpretationem JCtorum ad *portionem legitimam* extenſa, *quarta* bonorum pars, pluribus ex aequo diuidenda, ſiue *quarta* bonorum, ab inteſtato debitorum, ad exemplum Legis Falcidiae definita [a]), tandemque ab Imper. Iuſtiniano ita aucta eſt: vt, ſi, aut vere aut ficte, i. e. ex iure repraeſentandi defunctum computati, (quippe qui ſecundum ſtirpes connumerandi ſunt [b]), vnicus filius,

d) *Weſtenberg.* in diſſ. cit. 1. de portione legitima C. 2. et in Diſſ. 3. Cap. 1. Celeberr. Dom. Dr. *Herm. Ern. Rumpel.* in Diſſert. inaug. de iuribus, quae liberis competunt. Erfordiae 1759. §. 43. pag. 34. ſeq. *Nettelbladt.* diſſert. cit. Cap. 2. §. 16.

a) vid. DD. in §. 4. n. a. alleg. L. 8. §. 6 et 8. D. de inoffic. teſtam. §. 3 et 6. in f. I. eod. tit. L. 31. C. eod. tit. L. 20. C. de collat. L. 2. C. de inoffic. donat.

b) *Stryck.* in diſp. cit. Cap. 1. §. 22. L. 8. §. 8. D. de inoffic. teſtam. Nou. 1. cap. 1. §. 1. §. 6. I. de hered. quae ab int. *Ioach. Hopp.* in Comm. ad I. lib. 2. tit. 18. p. 436. Nou. 118. cap. 1. *Weſtenberg.* diſſert. 3. Cap. 3. §. 3. *Io. Henr. Mollenbec.* in Theſ. I. C. Lib. 5. Tit. 2. pag. 285.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

filius, aut *quatuor*, vel pauciores *liberi*, in caſu teſtamenti haud conditi iam ſucceſſuri, adſint, *triens*, ſiue tertia propriae ſubſtantiae paternae pars; ſi vero *quinque* vel plures eiusmodi liberi adſint, *Semis*, ſiue media totius ſubſtantiae pars eis relinqui debeat: ſingulis ex aequo *quatriuncium* vel *ſexuncium* diuidendo [c]). Ex quibus ſequitur: *legitimam*, ſi complexum liberorum concurrentium conſideres, eſſe portionem totius hereditatis [d]); habita autem ratione ſingulorum liberorum, de quorum legitima quaeritur, nihil impedire, quo minus *Legitima*, diſtribuendo *tertiam*, aut dimidiam partem totius hereditatis inter *quatuor*, aut *quiuque* liberos, vel vnius *portionem legitimam*, trientem totius hereditatis efficientem, ſpectando, ceu portio portionis ab inteſtato debitae, praeeuntibus Imper. Iuſtiniani Inſtitutionibus, Digeſtis et Codice repetitae prael. conſiderari poſſit [e]).

§. VI.

c) Nou. 18. cap. 1. Nou. 22. cap. 48. Nou. 39. cap. 1.

d) *Manz.* de teſtam. val. et inual. Tit. 12. Qu. 3. §. 4 et 5. *Carpzou.* Lib. 6. tit. 5. Reſp. 48. n. 1 et 11. *Weſtenberg.* in diſſ. 2. cap. 1. §. 4. *Tob. Iacob. Reinharth.* in Select. Obſeru. ad *Chriſtinaeum*, Vol. 1. Obſeru. 54. n. 4 et 5. pag. 132. ſequ. *Daries.* iu Inſtit. Iurispr. Priu. Rom. Germ. §. 879. Corr. 2. edit. 2da.

e) LL. ad a.) cit. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 1. pag. 901. *Carpzou.* Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 48. n. 25. Idem P. 3. Conſtit. 9. Def. 28. n. 1. item P. 2. Conſtit. 35. Def. 16. n. 5. *Sam.* de *Cocceius* in Iure controu. Lib. 5. Tit. 2. Qu. 18. pag. 424. *Iac. Fried. Ludouicus* in Doctrina Pand. Lib. 5. Tit. 2. §. 5. *Ioach. Hopp.*

in

## §. VI.

*De quantitate portionis legitimae parentum, nec non fratrum.*

De *portione legitima parentum* ac *fratrum, ſororumue primum* illud quaeritur: vtrum Iuſtinianus hac mente fuerit, vt non ſolum *liberorum*, ſed etiam *parentum*, ac *fratrum, ſororumue portionem legitimam* augeret? Sunt enim, qui putant, portionem legitimam parentum a Iuſtiniano in terminis iuris veteris, adeoque quartae partis bonorum ab inteſtato debitorum [a]), relictam eſſe [b]). Cuius opinionis haſce potiſſimum reddunt rationes: *Primum* nempe cauſam ab Imper. Iuſtiniano in Nou. 18. in fin. praef. ſubiectam, quare *liberorum legitimam* auxerit, ne ſcilicet, pluribus eorundem concurren-

in Comm. ad I. Lib. 2. Tit. 18. pag. 431. n. 1. *G. A. Struu.* in Irpr. R. G. For. Lib. 2. Tit. 21. §. 4. *Petr. Müller.* ad *G. A. Struu.* Synt. Irpr. Exerc. X. §. 10. lit. η. et §. 12. *Weſtenberg.* diſſert. cit. 2. cap. 1. §. 3. *Wernher.* P. 3. Obſ. 82. n. 2. *Reinharth.* Vol. 1. Obſeru. 54. n. 6. *Daries.* in cit. Inſtit. §. 879. Corr. 2. Ill. *Dieterich.* in Syſt. Elem. *I. C. Priu.* §. 485. in f. pag. 343.

a) l. 8. §. 6 et 8. D. de inoffic. teſtam. l. 8. pr. et l. 31. C. eod. tit. l. 20. pr. C. de collat. l. 2. C. de inoffic. don.

b) Claud. de Battand. in tr. de legitima cap. 4. n. 31 et 32. vid. *Leuchtii* Conſil. ſiue Seſponſu Iuris Altorf. Vol. 2. Reſp. 25. n. 3-9. pag. 209.

currentibus, ad inopiam atquae paupertatem redigantur, accipiendo quartam ſolum partem portionis ab inteſtato debitae, alienam eſſe a *parentibus*; cum rerum natura non ferat, vt tot *parentes* ad legitimam adſpiraturi concurrant, quot eius capiendae cauſa concurrere poſſint *liberi*. *Deinde* prouocant ad ipſam rubricam, ſiue inſcriptionem *Nou. citatae*, quae de filiorum et nepotum, et naturalium ſucceſſione ſolum concepta eſt, indeque, vt et ex eo, quod haec nouella, qua ius corrigens, ſtrictae ſit interpretationis, colligunt, Imperatorem veriſimiliter neque de parentibus, neque de fratribus, ſororibusque cogitaſſe; cuius id ſe firmamenti quoad fratres ſororesque inueniſſe putant, quod Imperator in *praefatione* et *cap.* 1. *d. Nou.* 18. expreſſe indicauerit, ſe illis ſua conſtitutione ſuccurrere velle, quibus *legitima* debeatur iure naturae, hisce verbis: *naturae conſequens*; item: *natura primo curata competenter* &c. quae nullo modo ad fratres ſororesque adplicari poſſint; cum iis Iure Naturae *Legitima* neutiquam debeatur. Quae contra alii, iique, mea quidem ſententia, rectius ſtatuunt [c]), *parentum* quoque, nec non *fratrum ſororumque Legitimam* a Iuſtiniano Sanctione *Nou.* 18. auctam eſſe, id quod

c) Reſp. *Altorf.* Reſp. d., n. 9. ſeq. *Manz.* de teſtam. val. et inual. tit. 12. qu. 6 et 7. pag. 936. ſeq. *Stryck.* d. d. de grauam. legitimae cap. 1. §. 23 et 25. et in Vſu mod. D. lib. 5. tit. 2. §. 16. *Schumann.* in diſſert. inaug. de ſucceſſione coniug. ſec. ſtatuta. Erfordiae 1724. §. 22. *Hopp.* in Comm. ad I. lib. 2. tit. 18. pag. 436 et 437. *Cocceius* in Iure Ciu. controu. lib. 5. tit. 2. qu. 28. pag. 436. *Reinharth.* in ſelect. obſeru. ad Chriſtinaeum

Vol. 1.

quod verba eiusdem cap. 1. in fine hoc modo expreſſa: *hoc obſeruando in omnibus perſonis, in quibus ab initio antiquae quartae ratio de inofficioſo lege decreta eſt*, innuunt; vtpote quae, *generaliter* concepta atque accipienda, nihil aliud ſignificant, quam quod illud ipſum (de quo egerat Imperator in praecedentibus, augmentum nimirum *legitimae* liberorum) proferendum, eodemque modo adplicandum ſit ad omnes omnino perſonas, quibus olim *quadrantis* nomine de inofficioſo querela legibus tributa fuerit. Certum enim eſt atque indubitatum, parentibus atque fratribus ſororibusque olim *quadrantis* nomine de inofficioſo teſtamento querelam, caeteris paribus, fuiſſe quoque tributam; ſicque eos etiam ad augmentum legitimae in *Nou.* 18. vocatos eſſe. Nonnulli quidem diſſentientium allata verba finalia *d. Nou.* 18. *c.* 1. reſtringunt ad deſcendentes: quae tamen reſtrictio dicenda eſt violenta, prorſusque a verborum generalitate, qua vſus eſt legislator, aberrat. *Deinde* quamuis verum ſit, plures concurrere poſſe liberos, quam parentes: non tamen inde conficitur, rationem augmenti legitimae legalem quoad parentes deficere; ſiquidem *legitima* in portionem bonorum *ab inteſtato debitorum* abit, ab inteſtato autem quatuor adſcendentes cum pluribus collateralibus concurrere poſſunt. Tum in hac cauſa non adſtricti ſumus ad rubricam *Nou.* 18; cum, praeterquam, quod de

Vol. 1. Obſeru. 54. n. 5. *Weſtenberg.* in diſſ. 3. de portione legitima cap. 3. §. 14. ſequ. *Nettelbladt.* in d. d. cap. 2. §. 30.

de rubricis, quae ſaepe anguſtiores textibus ſunt, neque Iuſtiniano debentur, non ſit laborandum, de extenſione in textu *Nou.* 18. vti diximus, ſatis conſtet. *Tandem* non eſt, quod ſtatuamus, contrariae ſententiae *Nouellam* 92. *in praef.* et *Nou.* 39. *cap.* 1. reſpondere. Quod enim attinet ad *praefationem Nou.* 92. ibi plane nihil occurrit, ex quo colligere poſſis, parentum *legitimam* auctam non eſſe. Quamuis enim ibidem tantum mentio fiat augmenti portionis legitimae liberorum; id tamen non innuit excluſionem parentum; ſed potius reſpicit factum, ad quod Imperator ſeſe accomodauit, dum ſcilicet de immenſis donationibus in filios factis quaereretur: circa quae dubia exantlanda merito filiorum portionis tantum, non parentum, de quorum portione ibi neque cogitatum, neque propoſitum quidquam erat, mentio ac definitio iniicienda fuit. Itidem ſecundum ſubiectam materiam accipi debet cap. 1. Nou. 39. itaque accepta nobis non aduerſatur.

Supereſt, vt quaeramus, quanta ſit parentum legitima? Sunt qui exiſtimant, augmentum legitimae adſcendentium ita debere accipi, vt ſemper ſit *triens* nunquam *ſemis;* quia vltra quatuor adſcendentes, eiusdem gradus, nullo tempore concurrere poſſint [d]), et, licet ab inteſtato fratres vtrinque coniuncti cum parentibus concurrant, illis, teſtamento a fratre condito, nihil debeatur, quamdiu parentes extent; ſicque fratres

d) d. Reſp. *Altorf.* Vol. 2. Reſp. 25. n. 17. *Manz.* in cit. tr. tit. 12. qu. 6. n. 6 et 7. pag. 937.

fratres neque numerum, conſequenter neque legitimam augeant e). Quamuis autem lubentiſſime concedam, portionem parentum legitimam, deficientibus collateribus, *trientem* egredi, *ſemiſſisque* incrementum capere non poſſe; quippe vltra numerum quatuor perſonarum concurſus quoad legitimam fieri nequit f): iure meritoque tamen, quando cum parente quatuor vel plures fratres, quod non ſolum euenire poteſt g), ſed ſaepe etiam contingit, ab inteſtato ſucceſſuri, concurrunt, parentis portionem legitimam *trientem* portionis ab inteſtato ipſi debitae excedere, *ſemiſſemque* portionis ab inteſtato continere, ſtatuendum eſſe omnino videtur h). Quum enim

e) *Stryck.* in d. d. cap. 1. §. 24. et de cautel. teſtam. cap. 17. m. 1. §. 24. *Manz.* in cit. tr. tit. 12. qu. 6. n. 8 et 9. *Voet.* ad D. tit. de inoffic. teſtam. n. 47. *Nettelbladt.* in d. d. cap. 2. §. 30. pag. 63.

f) *Müller.* ad *Struu.* S. I. C. Exerc. 10. §. 13. β) *Nettelbladt.* in d. d. cap. 2. §. 30. Diſſentientium caſtra ſecuti ſunt. *Gundling.* ad D. tit. de inoffic. teſtam. §. 45. et *Weſtenberg.* in d. d. 3. cap. 3. §. 20. ſequ. putantes, plures quam quatuor proauos et proauias eodem tempore et viuere et concurrere poſſe; quam ſententiam merito perſtringit *Nettelbladt.* d. l.

g) Nou. 118. cap. 2. Reſp. *Altorf.* d. Reſp. 25. n. 53 et 57. *Struu.* S. I. C. Exerc. X. §. XIII.

h) *Struu.* et *Müller.* ad eund. d. l. not. γ) *Cocceius* in I. C. C. lib. 5. tit. 2. qu. 28. p. 437. *Weſtenberg.* in d. d. 3. cap. 3. §. 19. Diſſentit *Gundling.* loc. cit. vbi ſemiſſem parentum ad ſolos parentes vlteriorum graduum reſtringit.

enim ſupra (§. V.) probatum dedimus, portionem legitimam liberorum *trientem* eſſe, vel *ſemiſſem* quantitatis *ab inteſtato* debitae, idque augmenti *Nou.* 18. *c.* 1. ad omnes perſonas, quibus olim *quadrantis* nomine de inoffcioſo querela legibus tributa fuit, proferre: extra omnem iuſtae dubitationis aleam poſitum eſſe videtur, in definienda quantitate legitimae rationem vnice ſtatus ab inteſtato, extra quem portio legitima ne concipi quidem poteſt, habendam, minimeque igitur ſtatum teſtamenti, quo portioni legitimae detrahi nequit, inſpiciendum eſſe [i]); ideoque, quemadmodum, ſi coniunctim res legetur, non ſolum hi partem faciunt, in quorum perſona conſtitit legatum, ſiue qui ad hoc admittuntur, verum hi quoque, circa quos contrarium obtinet [k]); ita quoque, qui ab inteſtato partem adepturi fuiſſent, fratres ſororesque teſtatoris in eruenda *portione legitima* parentum ſpectari, et perceuſeri numerando debere; licet ipſi fratres ac ſorores *portionem legitimam* non accipiant. Quibus conſequens eſt, vt, theoriam iuris ſi ſpectes, portio parentis legitima non ſemper, ſed

i) *Fachinaeus* lib. 4. Controu. iur. cap. 29. et lib. 7. cap. 47. *Schumann.* in d. d. §. 68. *Weſtenberg.* d. d. 3. cap. 2. §. 4. et c. 3. §. 5. *Cocceius* in I. C. C. lib. 5. tit. 2. qu. 18. pag. 424. *Puffendorf.* in Obſeru. Iur. vniu. Tom. 3. Obſ. 171. et Tom. 4. Obſ. 212. *Wernher.* P. 3. Obſ. 82. n. 2. et Obſ. 47. n. 14. *Reinharth.* in d. Obſ. Vol. 1. Obſ. 54. n. 4 et 5. *Rumpel.* in d. d. §. 44. pag. 36. *Nettelbladt.* in d. d. c. 2. §. 30. p. 62.

k) l. 34. §. 9. et l. 84. §. 8. D. de legatis 1.

ſed vnico tantum caſu, quo nempe vnus parentum totam hereditatem ab inteſtato conſecuturus fuiſſet, *trientem omnium bonorum* efficere [1]); quod ſi autem ab inteſtato quatuor vel pauciores adſcendentes; vel vnacum vno ſolo parente tres vel pauciores fratres ſororesue; vel duo parentes, et duo fratres ſororesue *ab inteſtato* ſucceſſuri fuiſſent; vnius alicuius parentis *portio legitima trientem* quartae partis hereditatis, ſiue $\frac{1}{12}$ omnium bonorum conſtituit; in caſu vero, quo vnus parens ſolus, et quatuor fratres, vel duo parentes, ac tres fratres; vel tres parentes, et duo fratres; vel quatuor parentes, et vnus frater *ab inteſtato* heredes futuri eſſent, legitima portio vnius alicuius parentis in *ſemiſſe* tantum quintae partis hereditatis, ſiue $\frac{1}{10}$ omnium bonorum conſiſtit. Hinc eo magis a iuris ratione alienum eſt, legitimam portionem parentis vnquam ſuperare quantitatem eius, quod parens, ſi *ab inteſtato* ſucceſſiſſet, ex hereditate capturus fuiſſet: quo magis liberi quoque ad quantitatem *trientis*, vel *ſemiſſis* portionis ab inteſtato in capienda legitima ſunt adſtricti.

Quod ad aequitatem pertinet, eam, dixerim, habita ratione circumſtantiarum, modo a theoria iuris in hoc capite diuortium facere, modo cum eadem amico concentu conſpirare poſſe. Cumque aequitatis ratio potior ſit iure ſtricto, ac benignas ſaepe exprimat ſententias; placueritque, *in omnibus*

1) *Fachin.* lib. 4. Controu. Iur. cap. 29. *Manz.* in cit. tr. tit. 12. qu. 9. §. 7. p. 940. *Weſtenberg.* in d. d. 3. c. 2. §. 4. p. 18.

*bus rebus praecipuam eſſe iuſtitiae aequitatisque, quam ſtricti iuris rationem* [m]): non auſim negare, aequitate ſuadente atque vrgente, legitimam parentum vltra quantitatem ab Imperatore Iuſtiniano definitam proferri, ipſisque adeo tertiam omnium bonorum partem poſſe adiudicari. Tanta enim ſunt, quae liberi parentibus, potiſſimumque primi gradus, atque iis, qui in officio pietatis manſerunt, debent, vt non indulgendum ſit moliminibus liberorum immorigerorum impiorumque, qui, iuſta probabilique cauſa prorſus deſtituti, parentes ad *trientem ſemiſſemue* portionis ab inteſtato debitae ablegare ſatagunt.

## §. VII.

### *Vtrum portio legitima ſit pars bonorum, an hereditatis?*

Sunt, qui indiſtincte ſtatuunt, legitimam eſſe partem *bonorum*, non hereditatis: quorum caſtra ſecutus eſt *Manzius* [a]), hiſce de cauſis: I.) quod bona intelligantur deducto demum aere alieno [b]); II.) legitima contra deducto prius aere alieno

m) l. 8. C. de iudiciis.

a) in tr. de teſtam. val. et inual. tit. 12. qu. 62. §. 1. pag. 1087. ibique cit. D. D. v. l. 6. C. de inoffic. teſtam. arg. l. 8. §. 9. D. eod. tit. l. 2. §. 1. D. famil. herciſc. *Carpzou.* libr. 6. tit. 5. reſp. 48. n. 6. et P. 3. Conſtit. 12. def. 10. n. 3 et 4. ob l. 6. C. de inoffic. teſtam. et l. 8. §. 9. D. eod. tit.

b) *Manz.* ibid. §. 2. ob l. 39. §. 1. D. de verbor. ſignif.

alieno et funeris impenſa debeatur c); III.) hereditas non commoda ſolum, ſed etiam incommoda, adeoque aes alienum contineat d); deinde IV. legitimae non, vti hereditatis, ex cauſa non confecti inuentarii iactura concilietur e); quodque V.) is, cui legitima titulo inſtitutionis relinqui debeat, licet heres ſit quoad titulum, ratione tamen onerum habita, pro legatario habeatur f) huncque in modum *l. 35, D. de hered. inſtit.* intelligendam, dicit, et interpretandam eſſe g). Tum VI. filium, ait, a patre in legitima inſtitutum, non cenſeri inſtitutum in *quota hereditatis* h). Nihilo ſecius VII. ſententiam ſuam, quod nempe legitima ſit portio *bonorum*, ad legitimam *titulo ſingulari*, vel in *re certa* relictam, vbi filius habeatur pro legatario, reſtringit i), legitimam contra titulo *vniuer-*

c) Idem ibid. §. 2. ob l. 8. §. 9. D. de inoffic. teſtam.

d) ibid. §. 2. vi ab eod. cit. l. 178. §. 1. de V. S. cui l. 119. eod. l. 62. D. de R. I. l. 8. D. de A. vel O. H. l. 22. D. de fideiuſſor. l. 1. C. de heredit. vel act. vend. l. 9. D. de SCto Syll. l. 41. D. de iure fiſci. l. 24. D. de V. S. addi poſſunt.

e) d. tr. tit. 12. qu. 62. §. 3. p. 1089. et qu. 52. p. 1073.

f) L. 13. C. de hered. inſtit. *Manz.* in cit. tr. tit. 12. qu. 62. §. 4.

g) Idem ibid. §. 4.

h) l. 6. C. de inoffic. teſt. et l. 8. §. 8. eod. *Manz.* cit. qu. 62. §. 5.

i) L. 6. C. de inoffic. teſtam. et l. 13. C. de hered. inſtit. *Manz.* cit. qu. 62. nota *. p. 1087. ſequ. ſecutus, praeter alios DD. *Cocceium* in I. C. controu. lib. 5. tit. 2. qu. 31. p. 438.

*vniuerſali* relictam partem *hereditatis* eſſe [k]), non tantum docet; ſed etiam huius diſtinctionis inſignes effectus enumerat [l]), puta: titulo *vniuerſali* relictam omnia iura actiua et paſſiua comprehendere; titulo vero *ſingulari* relictam eiusmodi iura excludere; adeoque *illam* actiones hereditarias admittere, heredemque ad reſpondendum creditoribus hereditariis adſtringere, ac conſequenter tum legitimam conſiderari non deducto aere alieno, eamdemque, hereditate repudiata, publicata aut indigno ablata, haud poſſe retineri. Quorum omnium contrarium, legitima titulo *ſingulari* relicta, obtinere contendit.

Alii aſſerunt quidem, *portionem legitimam*, exemplo quartae Falcidiae et Trebellianicae [m]), portionem *hereditatis* eſſe [n]); ſed inficias non eunt, portionem legitimam, quoad aeris alieni hominis patiatur deductionem, eſſe portionem *bonorum* [o]). Alii contra legitimam pro *portione hereditatis* omnino

k) in nota dicta, vi l. 119. D. de V. S. et doctrinae *Coccei* in op. et loc. cit. aliorumque DD.

l) ibid. p. 1088. ſecutus *Cocceium* in Op. et loc. cit. aliosque DD.

m) §. vlt. I. de Lege Falcid. l. 6. C. eod. l. 5. C. ad SCt. *Trebell.* *Weſtenberg.* in diſſ. 2. de port. legit. c. 1. §. 7.

n) L. 8. §. 6 et 8. D. de inoffic. teſtam. §. 3. I. eod. l. 8. et 31. C. eod. tit. l. 2. C. de inoffic. donat. l. 20. pr. C. de collat. Nou. 18. c. 1. *Weſtenberg.* in cit. diſſ. 2. c. 1. §. 3. 4 et 5.

o) *Weſtenberg.* ibid. §. 6.

omnino habent p). *Leyſerus* q) legitimam ideo, docet, eſſe partem *quotam bonorum*, non *hereditatis*, quod imputentur legitimae multa, quae non ad hereditatem proprie pertineant; nihiloſecius ſibi non conſtans, legitimam, ait, tertiam vel dimidiam eſſe *hereditatis* r). *Heineccius* vero legitimam promiſcue portionem *hereditatis* s), et partem *bonorum* appellat t).

Vt tandem ego dicam, quid de propoſita quaeſtione ſentiam; eam a Doctoribus male excogitatam eſſe, iudico: Compertum enim habemus, in Iure noſtro *bona* non ſemper deducto aere alieno intelligi; ſed *bonorum* appellatione bona etiam cum incommodo et aere alieno, ipſamque adeo hereditatem haud raro venire u); et tamen, hoc non obſtante, partem

p) *Ludouicus* in doctr. Pand. lib. 5. tit. 2. §. 5. edit. 6. *Boehmer*. in Introd. in Ius Dig. lib. 5. tit. 2. §. 2. *Daries*. in Inſtit. Iurispr. Priu. R. G. §. 875. Conſul. *Rumpel*. in cit. diſſ. inaug. de iurib. quae lib. comp. §. 43. p. 35.

q) Spec. 91. medit. 4.

r) Spec. 91. medit. 8.

s) in Inſtit. Iur. Ciu. §. 581.

t) in Dig. lib. 5. tit. 2. §. 49.

u) L. 1. C. de heredit. vel act. vend. l. 9. D. de SCto. Syll. l. 41. de iure fiſci l. 70. §. 1. de V. S. l. 208. eod. tit. l. 117. D. de R. I. Tit. D. et C. de ceſſione bonor. l. 83. D. de V. S. §. 1. 2. et 6. l. de hered. qual. et diff. l. 1. C. de fideiuſſor. T. Tit. C. de bonis vac. c. 5. X. de pignor l. 30. de nox. act. l. 19. pr. de damno inf. l. fin. C. quae res res pign. obl. l. 119. de V. S.

tem *bonorum quotam* titulo *vniuerſali* relictam ſupra memoratos effectus ſecum ferre [x]); contra vero *re certa* titulo *vniuerſali* certis quibusdam, aliis, ex certa parte, vel ſine parte, ſcriptis heredibus [y]; vel *parte bonorum quota* titulo *ſingulari* relicta [z]), contrarios effectus locum habere [aa]). Quare differentiae ratio ſolum in eo poſita eſt, vtrum legitima in parte *quota*, et titulo *vniuerſali*; an titulo *ſingulari*, vel in certa *re*, aliis, ex certa parte, vel ſine parte, ſcriptis heredibus, relicta ſit, citraquam praeterea nil intereſt, vtrum legitima *titulo vniuerſali heredis* et in parte *quota* relicta conſideretur tanquam pars *bonorum*, an *hereditatis* pars eſſe intelligatur.

§. VIII.

x) L. 13. C. de hered. inſtit. l. 10. §. 1. D. de heredit. petit. l. 1. D. ſi pars heredit. pet. l. 7. eod. Tit famil. erciſc. l. 37. et l. 8. pr. de adquir. vel omitt. hered. l. 10. C. de iure delib. l. 12. et 49. de O. et A. l. 76. de R. V. c. 80. de R. I. in 6. *Struu.* Exerc. 10. §. 70. ſequ. et §. 75. et *Müller.* ad eund. pag. 661. ſequ. *Mollenbec.* in Theſ. Iur. Ciuil. lib. 5. tit. 2. pag. 285. ſequ. *Struu.* Exerc. 10. §. 83.

y) L. 13. C. de hered. inſtit. *Mollenbec.* in cit. Theſ. pag. 285 et 286.

z) L. 23. et 26. §. 2. de legatis 1. l. 8. §. 5. et l. 9. de legatis 2. l. 22. §. 5. ad SCt. Trebell. l. 39. pr. de vulg. et pupill. ſubſt.

aa) *Mollenbec.* in d. Theſ. p. 286 et 1173 et 1174. et 1179. n. 60. et 61. ill. *Dieterich.* in cit. Syſt. p. 483. §. 862. et p. 485. §. 871. iunct. p. 347. §. 892.

## §. VIII.

*An ii, qui rite exheredati praeteritiue ſunt, aut legitimae renuntiauerunt portioni, in ratione legitimae caeterorum ineunda computandi ſint?*

Cautum eſt, vt in computanda legitima exheredatus partem faciat [a]), i. e. intuitu eius, de cuius legitima eruenda agitur, quaſi heres connumerari debeat; quod quidem, ob paritatem rationis, in caſu praeteritionis iuſtum, imo generaliter dicendum eſſe videtur, eos, qui ſe ob grauius quid admiſſum, aut facto aliquo licito, velut repudiatione [b]), renuntiationeue iure facta, ſucceſſione priuarunt, nihiloſecius quoad augendam alterius legitimam computandos eſſe. Nam *portio legitima* eſt pars bonorum ab inteſtato debitorum, (§. V.) adeoque ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, perinde, ac ſi teſtamentum factum non eſſet, conſideranda. (. VI.) *Deinde* portio legitima, quoad heredibus neceſſariis, iure permittente, auferri nequit, illis perfecte adeo debetur, vt facto teſtatoris diminui nequeat. Non itaque, ſi teſtator vnum heredum neceſſariorum iuſte exheredauit, aut praeteriit, id legitimae reliquorum nocere poteſt; ſed contra exheredatus praeteritusue, quatenus ab inteſtato partem facturus eſſet, ad effectum computandae alterius legitimae connumerari quoque

a) L. 8. §. 8. D. de inoffic. teſtam. a. Nou. 22. c. 20.

b) a. l. 1. C. quando non pet. part. pet. adcreſc. *Carpzou.* P. 3. Conſt. XI. Def. 15.

que debet [c]). *Tum* neminem aequitatis gnarum fugit, facto alterius, nedum illicito, alteri conditionem iniquam deterioremque inferri non poſſe [d]). Doctores tamen hac in cauſa diuerſis ducuntur opinionibus, aliis, eiusmodi perſonas iure ſuccedendi excluſas, habito reſpectu eorum, quorum de legitima agitur, computandas eſſe, ſtatuentibus [e]); aliis contra ſimpliciter contendentibus, rite exheredatos vel praeteritos pro mortuis eſſe habendos, (quod intuitu ipſorum dubio caret [f]), neminemque eorum, qui quocunque modo iure ſucceden-

c) b. *Hellfeld.* in $\pi$. Lib. 5. Tit. 2. §. 549. *Dieterich.* in Syſt. cit. Tom. 1. P. 1. S. 1. M. II. Tit. 5. §. 493. p. 347.

d) L. 74. D. de reg. iur.

e) *Bachou* ad *Treutler.* tit. de inoffic. teſtam. *Huber.* in Praelect. ad D. tit. de inoffic. teſtam. theſ. 11. *Struu.* S. I. C. Exerc. 10. th. 32. *Wernher.* P. 3. Obſ. 82. *Beyer.* ad D. Lib. 5. Tit. 2. §. 28. *Lauterbach.* Concluſ. for. Exerc. 15. th. 10. Idem in Comp. D. Lib. 5. Tit. 2. *Vinn.* Select. Quaeſt. Lib. 1. Cap. 21. *Cocceius* in I. C. C. Lib. 5. Tit. 2. Qu. 18. 28 et 29. *Hilliger.* ad *Donell.* Lib. 19. Cap. 9. *Puffendorf.* Tom. 1. Obſ. 232. et Tom. 3. Obſ. 171. *Hommel.* Rhapſ. Obſ. 199. *Tob. Iac. Reinharth.* cit. Obſ. Vol. 1. Obſ. 54. n. 3. p. 132. ſequ. *Weſtenberg.* in Diſſ. 3. de port. leg. c. 3. *Breuning.* in diſſ. de filio iuſte exhered. connum. in conſtit. leg. quant. Lipſiae 1753. *Io. Caſp. Schumann.* in diſſ. inaug. de ſucceſſ. coniug. ſecundum ſtatuta. Erford. 1724. §. 68. p. 35. *Claproth.* de computo legitimae.

f) L. 8. pr. D. de B. P. c. Tabb. l. 10. §. 4. eod. tit. l. 1. §. 5. de coniung. cum emanc. lib. §. 3. I. de ſucceſſ. libert. l. 1. §. pen. D. de B. P. c. Tabb.

cedendi ab inteſtato deſtituatur, partem in computanda legitima facere poſſe g).

## §. IX.

*Quo titulo legitima relinquenda ſit?*

Ad titulum ſi reſpicias, quo relinquenda ſit legitima, ea, excepta diuiſione extra teſtamentum facta a), *liberis* et *parentibus* titulo heredis inſtitutionis directae b), ſiue expreſſae, ſiue

g) *Schilter.* Exerc. 14. §. 82. *Claud. Chiflet.* de port. leg. cap. 7. Oper. Tom. 1. p. 124. *Gabriel.* Conſil. 44. n. 11. ſequ. *Peregrin.* de fideicomm. art. 38. n. 13. *Voet.* ad ff. tit. de inoffic. teſtam. n. 47. *Carpzou.* P. 3. Conſt. 10. Def. 12. ſequ. *Berlich.* P. 3. Concl. 12. n. 52. *Brunnemann.* ad l. 10. §. 4. D. de B. P. c. Tabb. n. 12. *Gail.* Lib. 2. Obſ. 122. n. 18. *Merlin.* de leg. Lib. 1. Tit. 4. Qu. 3. *Stryk.* in Caut. teſtam. c. 17. m. 1. §. 24. Idem in diſp. de grauam. legitimae c. 1. §. 21 et 24. *Fachinaeus* Lib. 4. Controu. c. 31. *Boeckelmann.* ad tit. de inoffic. teſtam. *Struu.* Exerc. 10. §. 32. *Manz.* de teſtam. val. et inual. Tit. 12. Qu. 4. n. 3.

a) L. fin. et Auth. Si modo C. famil. erciſc. Auth. Quod ſine C. de teſtam. Nou. 18. c. 7. Nou. 107. c. 3. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 13. n. 39.

b) Nou. 115. c. 3. pr. c. 4. pr. et c. 5. pr. *Carpzou.* P. 1. Conſtit. 9. Def. 12. P. 3. Conſtit. 9. Def. 1. 2 et 8. P. 3. Conſtit. 4. Def. 21. *Stryk.* in caut. teſtam. c. 10. §. 10. et in Vſu mod. D. Lib. 5. Tit. 2. §. 19. Idem in diſp. de grau. legitimae c. 1. §. 26. *Manz.* in cit. tr. Tit. 12. Qu. 13. §. 2. p. 950. *Cocceius* in I. C.

 Lib. 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

ſiue implicitae, eatenus relinquenda eſt, quatenus ob commodum filii, parentiſue, quod in titulo ſingulari interdum verſari poteſt, aut ritam agnitionem atque acceptionem titulo ſingulari relicti, eiusmodi titulus non ſuſtineatur [c]); *fratribus* contra *ſororibusue* titulo ſingulari omnino relinqui poteſt [d]); quippe quem circa eosdem Iuſtinianus in Nouellis ſaluum omnino reliquit. Non deſunt tamen, qui vel iure nouiſſimo, vi *Nou.* ſcilicet 115. *c.* 5. *in pr.* et verborum ibidem obuenientium: *Caeterum, ſi qui heredes fuerint nominati, etiamſi certis rebus iuſſi fuerint eſſe contenti, hoc caſu quidem teſtamentum nullatenus ſolui praecipimus: quicquid autem minus eis legitima portione relictum eſt, hoc ſecundum noſtras alias leges ab heredibus impleri. Sola enim eſt noſtrae Serenitatis intentio, a parentibus et liberis iniuriam*

Lib. 5. Tit. 2. Qu. 26. *Wernher.* P. 2. Obſ. 407. p. 406. ſequ. et in Suppl. n. 2. pag. 407. *Berger.* in Oecon. iuris pag. 373. n. 1. *Leyſer.* Spec. 356. Medit. 1 et 2. *Reinharth.* ad *Chriſtinaeum* Vol. I. Obſ. 71. et Vol. IV. Obſ. 17. *Puffendorf.* Tom. IV. Obſeru. 44. *Nettelbladt.* in d. diſſ. c. 2. §. 34. *C. F. B. Hommel.* in diſſ. inaug. de differentiis inter querelam inoffic. quae parentibus ac liber. et quae fratrib. competit. Erford. 1773. §. 13.

c) *Manz.* in cit. tr. Tit. 12. Qu. 13. §. 40 et 49.

d) L. 27. 33 et 35. §. 2. C. de inoffic. teſtam. Nou. 18. c. 1. *Mollenbec.* in Theſ. Iur. Ciu. Lib. 5. Tit. 2. pag. 285 et 294. n. 71. *Manz.* in cit. tr. Tit. 12. Qu. 13. §. 26. *Hommel.* in cit. diſſert. §. 13. *Wernher.* P. 2. Obſ. 407. n. 1. et in Suppl. n. 3.

*riam praeteritionis et exheredationis auferre*, quamcunque legitimam quocunque titulo relinqui poſſe, cenſent [c]): quorum tamen ſententia neque ex verbis allegatis inferri poteſt, neque, quoad *parentes* et *liberos*, praxi recepta eſt, niſi ſi quid extra ordinem, quo titulus ſingularis circa eosdem ſanetur, accedat.

## §. X.

### *Ex quibus bonis legitima ſit praeſtanda.*

Iuſtinianus parum curate ac definite legitimam liberorum in propriae poſuit ſubſtantiae parentum parte [a]). Quod *primum* intelligendum eſt de parte eius ſubſtantiae, quam liberi ab inteſtato eſſent percepturi [b]); et citra quam a parente inofficioſi

c) *Schilter.* in Exerc. ad π. Exerc. 14. §. 60. *Io. Strauch.* in Diſſ. 9. ad Ius Iuſtin. §. 38. et in Exerc. 4. ad L. Deciſ. Iuſtin. c. 3. n. 6. 7. *Anton Faber.* de error. pragm. Dec. 14. Err. 6. *Bachou.* ad *Treutler.* Vol. 1. Diſp. 13. th. 12. et in Not. ad *Weſenbec.* n. 6. *Menoch.* de A. I. Q. Lib. 2. Cent. 2. Caſ. 140. n. 29. *Struu.* Exerc. 10. theſ. 18. *Weſtenberg.* diſſ. 4. de port. legit. c. 1. §. 7 et 8. *Dieterich.* in d. Syſtem. p. 346. §. 491.

a) Nou. 18. cap. 1. Auth. Nouiſſima ad l. 6. C. de inoffic. teſtam. Nou. 22. c. 48. Nou. 39. c. 1. Nou. 92. c. 1. l. 36. pr. C. de inoffic. teſtam.

b) L. 8. §. 6 et 8. D. de inoffic. teſtam. l. 8. pr. et l. 31. C. eod. tit. §. 3. I. eod. tit. l. 20. pr. C. de collat. l. 2. C. de inoffic. donat.

officioſi quid ſuſceptum eſſet [c]); *Deinde* hoc quaeſtionis oritur: vtrum ex ſubſtantia hereditatis portio legitima relinquenda ſit, nec ne? Ad quam quaeſtionem reſponſio accomodanda eſt hoc modo: *liberis*, *parentibus*que ex omnibus rebus ſubſtantiae defuncti defunctaeue [d]), mediante inuentario, vel iurata ſpecificatione indicandis [e]), deducto tamen aere alieno hominis, nec non funeris impenſa [f]), vt et reliquis oneribus hereditariis [g]), neutiquam vero deducta portione ſtatutaria coniugis ſuperſtitis [h]), regulariter deberi; adeo, vt

c) L. 6. et Auth. Nouiſſima C. de inoffic. teſtam. l. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34 35 et 36. C. eod. tit. Tit. C. de inoffic. donat. l. vn. C. de inoffic. dot. LL. n. a. et b. cit.

d) *Carpzou.* P. 3. Conſtit. XI. Def. 1. n. 4. Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 48. n. 8 et 9. *Idem* P. III. Conſtit. 23. Def. 19. *Stryk.* in cit. diſp. c. 2. §. 28 et 29. *Berger* in Supplem. ad E. D. F. Parte 2. Conſil. 36. p. 1165. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 21. §. 1. *Reſp. Altorf.* cit. Vol. 2. Reſp. 8. n. 44. Reſp. 9. n. 27. *Wernher.* P. 1. Obſ. 185. p. 193. ſequ. et in Suppl. p. ead. P. 3. Obſ. 47. pag. 529. ſequ. P. 5. Obſeru. 199. pag. 1098. *Weſtenberg.* in d. d. 4. c. 2. §. 5.

e) *Reſp. Altorf.* Reſp. 9. n. 24. *Wernher.* P. 4. Obſ. 174. p. 926. et Suppl. ibid.

f) L. 8. §. 9. D. de inoffic. teſtam. *Carpzou.* P. 1. Conſtit. 28. Def. 100. n. 4. Def. 157. n. 8. P. 3. Conſtit. 13. Def. 8. *Stryk.* in d. d. c. 2. §. 6.

g) *Struu.* Exerc. 10. §. 32. et *Müller.* ad eund. p. 633.

h) *Carpzou.* Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 48. *Beyer.* ad π. Lib. 5. Tit. 2. §. 19. *Titius* in Obſeru. ad *Lauterbach.* Obſeru. 176. *Wernher.*

P. 3.

vt non tantum nobilium, ſed et plebeiorum filiae, tam de feudo mere hereditario, quam de pretio, in feudi noui emtionem conuerſo [i]), ſi dotem et elocationem ex feudo nouo nondum nactae fuerint [k]), vt et mater [l]), ſi alia bona hereditaria non adſint; neutiquam vero ex feudo hereditario mixto, vel antiquo [m]), niſi ſi pater id ab agnato eodemque poſſeſſore emerit [n]), quo caſu tamen non verum feudi emti pre-

P. 3. Obſ. 47. p. 529. ſeq. *Berger.* in Oeconom. Iur. Lib. 2. Tit. 4. §. 16. n. 5. ſequ. *Wernher.* P. 1. Obſ. 190. p. 198. et in Supplem. p. 199. *Manz.* in cit. tr. Tit. 12. Qu. 42. §. 2. not. *. p. 1088. *Cocceius* in I. C. C. Lib. 5. Tit. 2. Qu. 32. p. 438. ſeq. *Diſſentiunt Stryk.* in cit. diſp. c. 2. §. 6. et *Petr. Müller.* ad Struu. Exerc. 10. §. 32. nota α) n. VI.

i) *Carpzou.* P. 3. Conſtit. 9. Def. 28. et 29. *Idem* in Reſp. Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 44. n. 3. et 4. Cit. *Reſp. Altorf.* Vol. 2. Reſp. 8. n. 33. *Stryk.* in cit. diſp. c. 2. §. 14. *Schilter.* Exerc. 14. theſ. 67. *Manz.* in cit. tr. Tit. 12. Qu. 38. §. 3. 4. 5. 19. 25. 26. et 43. p. 1008. ſeq. *Leyſer.* Spec. 91. medit. 10. et 12.

k) *Carpzou.* P. 3. Conſtit. 9. Def. 32.

l) *Carpzou.* P. 3. Conſtit. 9. Def. 31. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 38. §. 25. nota *. in fin.

m) *Carpzou.* Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 44. n. 1. 2. et 4. *Stryk.* in Vſu mod. π. Lib. 5. Tit. 2. §. 21. *Manz.* in cit. tr. Tit. 12. Qu. 38. §. 6 et 7. et a §. 8—18. p. 1005. ſeq. *Berger.* in E. D. F. p. 1542. n. 4. et in Suppl. P. 1. p. 579. et 581. P. 2. p. 947. *Wernher.* P. 2. Obſ. 451. n. 5. p. 460.

n) *Leyſer.* Spec. 91. Corrol. 2. *Manz.* c. l. a §. 19—49.

pretium, ſed id ſaltem, quod pater impendit, computatur; etiamſi pater teſtamento petitionem *portionis legitimae* ex eiusmodi feudo prohibuerit [o]), *legitimam* exigere poſſint; ſicuti, patre feudum vni filiorum, cum conſenſu domini directi, concedente, reliquis in legitima defraudatis, *portionem legitimam* nihilo ſecius ex feudo exigendi, ius competit [p]). *Fratribus* vero, *ſororibusue portio legitima* a fratribus ſororibusue vel ex fructibus, lucrisue accidentalibus relinqui poteſt [q]). *Tandem* meminiſſe oportet, legitimae obiectum, ſalua actione ſuppletoria (§. XV. XVI.) tam partem eius, quam rem certam, resue certas eſſe poſſe [r]); quinimo liberis legitimam, ſi aliunde eam habere nequeant, ex bonis coniugis innocentis, praeſtandam aut ſupplendam eſſe [s]).

§. XI.

o) *Leyſer*. Spec. 91. medit. 10. ſequ.

p) *Carpzou*. P. 3. Conſtit. 10. Def. 9. *Manz*. in cit. tr. Tit. 12. Qu. 36. §. 9. 10 et 11. Qu. 37. §. 19 ſequ. *Petr. Müller*. ad Struu. Exerc. 10. §. 34. nota α. n. IX. p. 635.

q) L. 8. §. 11. D. de inoffic. teſtam.

r) §. 3. I. de inoffic. teſtam. l. 30. pr. l. 31. 35. §. 2. l. 36. pr. C. eod. tit. Nou. 115. c. 5. *Carpzou*. P. 3. Conſtit. 9. Def. 1. n. 6. et 7. *Stryk*. in d. d. c. 2. §. 12. *Manz*. in d. tr. Tit. 12. Qu. 22. §. 1. et 3. *Weſtenberg*. in d. d. 4. c. 1. §. 10. *Leyſer*. Spec. 361. med. 14. et 15. *Hellfeld*. in π. §. 548. in fin. *Dieterich*. in cit. Syſtem. p. 346. §. 491. *. *Nettelbladt*. in d. d. c. 2. §. 17. *Hommel*. in d. d. §. 14.

s) *Leyſer*. Spec. 9. medit. 84.

## §. XI.

*Quale tempus in computanda legitima ſit ſpectandum.*

In computanda *portione legitima*, niſi ſi de inofficioſo, quod admiſſum eſt inter viuos, reparando, aut de *legitima* extra ordinem a viuo obtinenda agatur [a]), regulariter tempus mortis eius, qui neceſſitati relinquendae *legitimae* ſubeſt, ſpectatur [b]), adeo, vt, aucta poſt eius mortem hereditate, *legitima portio* non augeatur [c]); niſi ſi valor atque aeſtimatio tantum creuerit ob moram [d]); aut quod detrimentum ex-

 trin-

a) *Sam. Stryk.* in d. d. c. 1. §. 4. *Manz.* in cit. tr. Tit. 12. Qu. 15. n. 14. ſeq. Qu. 17. §. 3. ob Nou. 92. *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 34. nota α. n. VIII. N. 151. 1. ſeq. Legitimam viuentis dari, negant *Thomaſ.* in diſſ. de legitima viuentis c. 3. §. 15. ſeq. *Reinharth:* ad Chriſtinaeum Vol. 1. Obſ. 67.

b) L. 1. §. 21. D. de collat. l. 1. D. de H. vel A. V. l. 2. §. 2. de vulg. ſubſtit. l. 44. §. 2. D. de bonis libert. l. 6. C. de inoffic. teſtam. l. 63. D. de R. I. §. 2. I. de Lege Falcid. l. 73. pr. D. eod. *Carpzou.* P. 2. Conſtit. 12. Def. 56. n. 2. P. 3. Conſtit. 12. Def. 10. n. 4. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 15. §. 2. ſequ. p. 963. Qu. 17. p. 971. *Leyſer.* Spec. 414. medit. 3.

c) L. 44. §. 2. D. de bon. libert. l. 30. ad Leg. Falcid. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 18. *Struu.* Exerc. 10. §. 34. et *Müller.* ad eund. p. 634. nota α) et nota β. ab init. *Stryk.* in d. d. c. 2. §. 23.

d) L. 32. et 36. §. 1. C. de inoffic. teſtam. *Manz.* d. Qu. §. 12. p. 973. *Müller.* cit. n. c. loc. p. 635. nota β. *Stryk.* in d. d. c. 2. §. 23.

trinſecus hereditati ſuperueniens periculo heredis neceſſarii non ſit [e]), quoad nempe ſuperſit, ex quo legitima adhuc praeſtari queat [f]), ſi nempe heres praeſtandae *legitimae* moras non nexerit: nam morae ratio exigit, vt *legitima* non diminuatur facto debitoris moroſi, ſed integra ab eodem praeſtetur [g]); *tum* ipſi ſolum venia morae danda, ſi quod praeſtare potuiſſet, aeque apud heredem neceſſarium fuiſſet interiturum [h]).

§. XII.

e) a. L. 56. pr. D. ad Leg. Falcid. a. l. 30. pr. eod. a. l. 9. C. de pign. act. *Manz.* d. tr. Qu. 19. §. 2. et 3. p. 975. *Struu.* cit. loc. p. 634.

f) a. L. 185. de R. I. l. 23. in f. eod. l. 18. pr. D. commod. l. 19. eod. l. 42. D. de R. V. l. 5. §. 2. quib. mod. vſusfr. vel vſus amitt. l. 30. et 31. eod. l. 10. eod. l. 14. D. quemadmod. ſeruit. amitt. l. 8. §. 1. de ſeruit. l. 10. C. de condict. ob cauſ. dat. l. 13. §. 1. et l. 30. D. de pign. act. §. 16. I. de legat. l. 21. §. 4. C. de iure delib. l. 11. §. 2. et 3. D. ad Leg. Falcid. l. 47. §. 4. et 6. de legat. 1. l. 22. §. 3. D. ad SCt. Treb. l. 76. D. de legat. 2. l. 43. pr. de condit. et demonſtr. l. 5. §. 4. de condict. cauſa data. §. vlt. I. de ſoc. l. 52. §. 2. 3. D. pro ſocio. l. 72. eod. l. 58. pr. et §. 1. eod. l. 9. C. de pign. act. l. 27. pr. D. loc. cond. l. 33. D. eod. l. 15. §. 6. D. eod. l. 8. pr. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. 13. pr. D. de pign. l. 16. §. 2. eod. l. 29. §. 2. eod. l. 34. eod. *Struu.* Exerc. 10. §. 34.

g) LL. n. b. et d. cit. l. 23. 82. et 91. §. 3. de V. O. l. 173. §. 2. de R. I. §. 16. I. de legat. l. 47. §. 2. 3. 4. 5. D. de legat. 1. *Müller.* cit. loc. nota *cc.* n. III.

h) L. 14. §. 1. depoſiti, l. 45. de O. et A. l. 40. de H. P.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

## §. XII.

### *Quaenam in legitimam computentur, vel contra.*

*Imputantur* in legitimam I.) ea quae, extra praelegata [a]), ex defuncti *ſubſtantia* [b]) ad heredem neceſſarium, A) mediante *vltima voluntate* eius, qui *legitimam* debebat, peruenerunt [c]), veluti legata, et fideicommiſſa [d]), donataque cauſa mortis [e]), remittendo tamen onere et conditione [f]):

 B) ea,

a) L. 12. ſequ. C. de collat. *Struu.* Exerc. 10. §. 35. et *Müller.* eod. lit. ζ.) p. 637. *Weſtenberg.* in diſſ. 3. de port. legit. c. 6. §. 9.

b) L. 30. l. 33. l. 35. pr. et l. 36. C. de inoffic. teſtam. *Carpzou.* P. 3. Conſtit. 11. Def. 35. n. 11. *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 35. lit. α.) p. 635. *Mollenbec.* in Theſ. I. C. Lib. 5. Tit. 2. p. 286. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 39. §. 1. et 5.

c) L. 8. l. 30. l. 36. pr. C. de inoffic. teſtam. *Struu.* cit. loc. et *Müller.* ad eund. cit. loco. *Manz.* cit. loc.

d) §. 6. I. de inoffic. teſtam. l. 25. D. eod. tit. l. 8. l. 30. pr. l. 35. l. vlt. C. eod. tit. l. 33. l. 36. pr. C. eod. *Carpzou.* P. 3. C. 11. Def. 8. n. 11. *Struu.* et *Müller.* loc. cit. *Manz.* d. Qu. §. 2. *Weſtenberg.* d. diſſ. 3. c. 6. §. 6.

e) l. 3. §. 17. D. de bon. libert. l. 8. §. 6. D. de inoffic. teſtam. §. 6. I. eod. l. 35. §. 2. l. 36. pr. C. de inoffic. teſtam. *Carpzou.* P. 3. Conſtit. 11. Def. 1. n. 6. *Müller.* loc. cit. p. 636. lit. δ.) *Manz.* cit. loc. §. 2. et Qu. 41. §. 15. et 28. *Weſtenberg.* d. diſſ. 3. c. 6. §. 6.

f) *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 39. §. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

B) ea, quae per *actum aliquem inter viuos*, v. c. a) traditionem ſimplicem, diuiſionem realem, extra teſtamentum factam, ad heredem, de cuius legitima quaeritur, translata ſunt [g]). b) Dos, et donatio propter nuptias, nec non ſumtus *nuptiales* in apparatum ornatumue facti, quatenus liberi ex ipſis facti ſunt locupletiores, niſi fuerint in dotem à patre filiae imputati, tum enim pro parte dotis habentur, quae conferenda, vt et ſponſalitia largitas atque dona nuptialia a parentibus liberis data [h]). c) Donatio ſimplex, hac lege nominatim facta [i]), d) et donatio remuneratoria immodica, quoad talis eſt [k]). e) Nepos ex filia mortua, cui auus minus legitima reliquit, ſi integram petat, tenetur dotem mater-

nam

g) *Mollenbec.* in d. Theſ. p. 286. p. 51. 52. n. 24. et p. 1245. n. 38. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 29. *Dieterich.* in Syſtem. cit. p. 385. §. 569. p. 346. §. 490. n. 3.

h) l. 29. C. de inoffic. teſtam. Nou. 18. c. 6. *Struu.* Exerc. 10. §. 35. et *Müller.* ad eund. §. p. 636. lit. β.) *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 9. lit. S. et §. 10. p. 1023. et §. 46. p. 1029. *Weſtenberg.* diſſ. cit. 3. c. 6. §. 6. *Mollenbec.* d. Theſ. p. 1244. nota 31. *Hellfeld.* in π. §. 1611. n. 5.

i) l. 25. l. 35. §. 2. D. de inoffic. teſtam. l. 20. in fin. C. de collat. *Struu.* et *Müller.* ad eund. p. 636. lit. ε.) *Manz.* d. Qu. §. 13. 14. *Weſtenberg.* cit. loc.

k) Auth. Vnde etſi pater. C. de inoffic. teſtam. *Struu.* et *Müller.* ad eund. cit. loc. p. 637. lit. η.) *Weſtenberg.* d. diſſ. 3. c. 6. §. 9. *Leyſer.* Spec. 411. Medit. 6.

nam in *legitimam* imputare l). f) *Tum* imputantur in *legitimam* liberorum fructus, quos ante mortem parentis ex eius propriis bonis, vt et ex bonis ſuis aduentitiis, quoad non ſpectant ad irregularia, inſcio vel inuito parente, perceperunt m). g) Porro peculeum profectitium n), nec non lucrum, ex pecunia patris, cum qua filius, (ſiue clam, ſiue palam,) negotiatus eſt, perceptum o), eaque, quae pater nomine filii, pro quo fideiuſſit, ſoluit p). h) In legitimam quoque computanda ſunt ea, quae pater filiae, monaſterium ingreſſurae, monialiumque vitam ſuſcepturae, donat, ſeu, (vt aiunt:) quae ſuper altari ponit q): i) vt et officium filio lucroſum, quod vendi, vel ad heredes transmitti poteſt, ex pecu-

l) l. 29. C. de inoffic. teſtam. *arg.* l. 8. D. de public. in rem act. l. 3. C. de bon. matern. *Müller.* ad *Struu.* p. 636. lit. β.) n. III.

m) *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 40. §. 10. et Qu. 30. p. 991.

n) *Manz.* d. tr. et tit. Qu. 41. §. 30. p. 1027. et §. 10. p. 1023. lit. S.

o) *Manz.* d. Qu. 41. §. 31. *Müller.* ad *Struu.* Exerc. p. 637. lit. λ.) cum *Fachin.* Lib. 5. Controu. c. 83. lit. B. et *Struu.* in tr. de ſucceſſ. c. 17. theſ. 12. ſtatuit: lucrum induſtria quaeſitum tantum pro dimidia parte imputandum eſſe.

p) *Manz.* d. Qu. 41. §. 41.

q) *Müller.* ad *Struu.* Exerc. p. 636. lit. β. n. V. *Manz.* d. Qu. 41. §. 47. p. 1030.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

pecunia defuncti comparatum, cum eo, quod occaſione eius filio adquiſitum eſt [r]).

II.) quoad *fratres ſororesue* imputantur *fructus*, eisdem, habito reſpectu ad *legitimam*, relicti [s]): cuius contrarium obtinet circa *fructus liberis parentibusue* relictos [t]).

*Non imputantur* legitimae I.) alimenta, quae liberis aut parentibus praeſtita ſunt, nec ea, quae illorum rationem habent, quippe quae parentes, aut liberi praeſtare obligati erant [u]); II.) quae aliunde, quam ex teſtatoris bonis, capiuntur [v]); III.) peculium aduentitium, caſtrenſe et quaſi caſtrenſe [w]); vt et quae intuitu militiae ſagatae e re patris ad

r) l. 30. §. 2. C. de inoffic. teſtam. *Manz.* d. Qu. 41. §. 36. ſeq. *Weſtenberg.* d. diſſ. 3. c. 3. §. 6. 7. 8. *Nettelbladt.* d. diſſ. §. 25. p. 45.

s) L. 8. §. 11. D. de inoffic. teſtam.

t) l. 36. et Auth. Nouiſſima C. de inoffic. teſtam. l. 6. D. de SCto Treb. Nou. 18. c. 1.

u) l. vn. §. 2. C. de contract. *Müller.* ad *Struu.* Exerc. p. 637. lit. λ.) *Manz.* de Qu. 41. §. 24.

v) arg. Nou. 18. c. 1. *Carpzou.* P. 3. C. 10. Def. 8. n. 3. et 5. et P. 3. Conſtit. 11. Def. 7. n. 3. Def. 35. n. 11 ſequ. *Struu.* Exerc. 10. §. 35. et *Müller.* ad eund. §. lit. θ.) p. 637. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 39. §. 5.

w) *Struu.* loc. cit. *Mollenbec.* d. Theſ. p. 286. *Weſtenberg.* d. diſſ. c. 6. §. 9.

ad filium peruenerunt [x]); quo etiam referri poſſunt ſumtus ad ſtudia, peregrinationes, et promotiones ſubminiſtrati [y]); quinimo aes alienum ſtudiorum cauſa, viuo patre contractum, ex paterna hereditate ſoluendum eſt [z]); IV.) officium, quod nec vendi, nec ad heredes transmitti poteſt, pecunia patris emtum [a]), quoad nempe non alio modo in filii vtilitatem, redundet [b]); V.) Sumtus conuiuii nuptialis, qua tales, vt et arrha ſponſalitia, quam filius a patre ſuo accepit, ſed voluntate patris in ſponſam transtulit, niſi ſi forte a ſponſa aequa-

x) l. 4. C. de aduoc. diuerſ. iudicior. l. 1. §. 15. de collat. §. 5. I. per quas perſon. nob. adquir. l. 11. D. de caſtr. pec. l. 1. l. 2. l. 3. C. eod. l. 4. C. famil. eroiſo. *Struu.* cit. loc. et *Müller* ad eund. loc. cit. lit. ι et κ. p. 637. *Mollenbec.* d. Theſ. p. 286. et 296. nota 91. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 5. ſequ.

y) l. 27. ſequ. l. 50. D. famil. erciſc. *Carpzou.* P. 3. C. 12. Def. 17. *Mollenbec.* in cit. Theſ. p. 286. et 296. nota 92. *Struu.* loc. cit. et *Müller.* ad eund. lit. λ.) p. 637. *Cocceius* in I. C. C. Lib. 5. Tit. 2. Qu. 34. p. 441. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 2. p. 1021. ſequ.

z) l. 1. §. 16. De de collat. l. 20. §. 6. D. famu eriſc. *Mollenbec.* in d. Theſ; Lib.. 37. Tit. 6. nota 26. p. 1243. *Hellfeld.* in π. §. 1612. ſecutus *Leyſer.* Spec. 411. Medit. 1.

a) *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 7. 8.

b) l. 30. §. 2. de inoffic. teſtam. l. 20. pr. C. de collat. *Hellfeld.* in π. §. 1611. n. 7. *Leyſer.* Spec. 411. Medit. 4. *Dieterich.* in cit. Syſt. p. 996. §. 2535. n. 2. contradicit *Manz.* d. Qu. §. 40.

aequalis data ſuperſit, vel conſuetudo aliud receperit; nec non dona nuptialia ab hoſpitibus accepta [c]); VI.) impenſae pro redemtione filii ex captiuitate factae [d]); VII.) quae pater viuus ſui cauſa expendit [e]); VIII.) quae pater filio emancipationis cauſa donauit [f]); IX.) donatio iurata patrem inter et filium ſuum [g]); X.) dos a patruo vel amita conſtituta [h]); XI.) dos ab auo filio pro nepte ex eodem filio, contemplatione ſui, vel ipſius nepotis, non autem filii, data [i]); XII.) lucrum filio delatum propter ſecundas a parente contractas nuptias [k]); XIII.) quae tempore mortis teſtatoris caſu

c) *Manz.* d. Qu. §. 9. *Leyſer.* Spec. 414. Medit. 3. 4. *Hellfeld.* in π. §. 1612. n. 2. *Dieterich.* in cit. Syſtem. p. 995. §. 2533. nota *. *Mollenbec.* d. Theſ. p. 1244. nota 31. 32.

d) l. 17. C. de poſtlim. *Carpzou.* P. 3. C. 11. Def. 25. n. 1. 2. *Mollenbec.* d. loc. p. 1239.

e) *Leyſer.* Spec. 414. Medit. 3.

f) *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 21. p. 1025.

g) *Manz.* ibid. §. 23.

h) *Carpzou.* P. 3. Conſt. 11. Def. 35.

i) *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 35. p. 636. lit. β.) n. IV. *Manz.* d. tr. tit. et Qu. §. 48.

k) *Manz.* et tr. et tit. Qu. 43. §. 1. 2. p. 1035.

l) L. 2. §. 2. et 4. D. de collat. l. 1. §. fin. D. de doctis collat. l. 6. C. de collat.

*caſu* perierunt l); XIV.) donatio ſimplex regulariter m); excepto caſu *l.* 20. §. 1. *C. de collat.* XV.) praelegata n); XVI.) Trebellianica, quippe quae, licet fideicommiſſum purum ſit, vna cum legitima deducitur o); verum in fideicommiſſo familiae deducunt filiae ſolummodo legitimam p); XVII.) legatum nepoti relictum, quoad nempe de filio, cui quis eiusmodi legatum imputare velit, agatur q); XVIII.) quod filius in portione, legitima minori, inſtitutus, et fratri ſuo a patre pupillariter ſubſtitutus, ex hac ſubſtitutione conſequitur r); XIX.) quae filius iure adcreſcendi a ſuis coheredibus paternis accepit s); XX.) bona patri relicta ea lege, vt ad ſubſtitutum filium tranſirent, non cogitur filius in ſuam imputare legitimam t); XXI.) quae filio ab herede vel legato-



m) l. 35. 52. C. de inoffic. teſtam. l. 20. in fin. C. de collat. *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 35. lit. ε.) p. 636. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 11. p. 1023. *Pufendorf.* in O. I. V. Tom. 2. Obſ. 66.

n) vid. citata lit. a.)

o) *Wernher.* P. 4. Obſ. 7. n. 90. p. 767. *Leyſer.* Spec. 405. Medit. 1.

p) *Leyſer.* Spec. 405. Medit. 2.

q) *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 39. §. 2.

r) *Manz.* d. tr. et tit. et Qu. §. 8. p. 1016.

s) *Idem* ibid. §. 9.

t) *Idem* ibid. §. 10.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

gatorio, conditionis, inſtitutioni, legatoue adiectae, adimplendae cauſa, ex ſuo patrimonio data fuerunt [u]); XXII.) quod teſtatur filio, non principaliter et directo, ſed tantum in conſequentiam reliquit, ſic v. c. filius teſtatoris, cum *Titio* eiusdem pecuniae correus, liberatione *Titio* legata, ipſe quoque liberatur [v]); XXIII.) quod ad primogenitum iure primogeniturae peruenit [w]); XXIV.) nomina incerta [x]); tandemque XXV.) donatio remuneratoria modica [y]).

Cum itaque legata quoque, et fiideicommiſſa, donationesque mortis cauſa, quae poſt mortem teſtatoris, absque onere, et conditione ad heredem neceſſarium peruenerunt, *imputentur legitimae*; eiusmodi bona vero *collationem* reſpuant [z]); praeterea *imputatio* proprie in portionem legitimam, *collatio* autem in hereditatem fiat [a]): a vero paululum aberraſſe

u) *Manz.* d. tr. et tit. et Qu. §. 13. ſeqq.

v) *Idem* ibid. §. 20.

w) *Idem* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 25.

x) *Stryk.* cit. diſp. c. 2. §. 13. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 22. §. 5. p. 977. Qu. 23. §. 14. *. *Wernher.* P. 7. Obſ. 94. p. 343. ſequ.

y) vid. cit. lit. κ.

z) l. 1. §. 19. D. l. 12. l. 13. l. 15. C. de collat. l. 16. C. eod. tit. l. 39. §. 1. fam. erciſc.

a) *Carpzov.* P. 3. Conſt. 11. Def. 10. et Def. 8. n. 11.

erraſſe [b]) videntur Doctores [c]), qui generaliter a collatione ad imputationem in legitimam ita concludunt, vt ea, quae veniant in *collationem*, et veniant in legitimae *computationem*; contra vero quae *collationem* non recipiant, etiam imputationem in legitimam non admittant; praeſertim cum Imperator Iuſtinianus in *l.* 20. *pr. C. de collat.* ita cauerit: *Haec autem regula, vt omnia, quae portioni quartae* (quo nomine *legitima* olim veniebat:) *computantur etiam ab inteſtato conferantur, minime e contrario tenebit, vt poſſit quis dicere, etiam illa, quae conferuntur, omnimodo in quartam partem his computari, qui ad inofficioſi querelam vocantur. Ea enim tantum modo ex his, quae conferuntur, memoratae portioni computabuntur, pro quibus ſpecialiter legibus, vt hoc fieret, expreſſum eſt.*

 §. XIII.

b) *Beyer.* ad π. Lib. 5. Tit. 2. §. 25. ſequ. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 41. §. 26. 27. *Weſtenberg.* in d. diſſ. 3. c. 6. §. 1 – 5. *Carpzou.* locis, lit. a) cit.

c) vid. *Beyer.* loc. cit. *Manz.* cit. tr. tit. et qu. §. 1. *Weſtenberg.* locis cit. *Mollenbec.* d. Theſ. lib. 5. tit. 2. pag. 296. nota 90) docet: Regula quidem eſt: *Quaecunque conferuntur, illa in legitimam imputantur.* Verum bene notandum, *affirmatiuè* tantum procedere, non *negatiuè.* Fallit enim in illis, quae teſtamento relinquntur. Haec enim, vtut non conferantur, in legitimam tamen imputantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

## §. XIII.

*An, et quatenus Legitima grauari, deminuiue poſſit.*

Cum *portio legitima* ex legis praeſcripto perfecte debeatur [a]), ideoque inſtar aeris alieni regulariter cenſenda ſit [b]): inde efficitur I.) vt regulariter ſit extra poteſtatem teſtatoris, cuius ne aſſerta quidem in teſtamento, niſi ſi iusiurandum adiecerit, valent [c]), vlla *legitimam* directa grauare ratione [d]). Hinc *legitima* omnem conditionem [e]), etiamſi facillime impleri poſſit [f]), ſub qua heres ſuus ſecundum ius dige-

a) vid. §. I. II. et IV. ill. *Dieterich.* in cit. Syſtem. p. 343. §. 485.

b) arg. l. 8. §. 15. in fin. D. de inoffic. teſtam. *Carpzou.* Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 48. n. 22. *Wernher.* P. 3. Obſ. 47. n. 11. ſequ. p. 530.

c) *Leyſer.* Spec. 144. Coroll. 3. ob Nou. 48. c. 1.

d) L. 20. §. 3. l. 28. l. 77. §. 8. de legatis 2. l. 32. l. 39. D. l. 10. l. 21. C. famil. erciſc. l. 22. D. de adopt. l. 8. 29. 30. 31. 32. et 36. pr. D. de inoffic. teſtam. l. 1. et Auth. Vnde. C. eod. tit. l. 6. C. ad SCt. Treb. Nou. 18. c. 1. et 3. Nou. 92. c. 1. Nou. 117. pr. Auth. ſi qua mulier. C. de SS. Eccleſ.

e) *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 44. §. 1. ſequ. *Wernher.* P. 1. Obſ. 95. n. 1. et 3. p. 82 et Suppl. p. 88. item Supplem. ad P. 4. Obſ. 83. p. 821. in fin. ſequ. P. 3. Obſ. 225. p. 693. Obſ. 190. p. 673. P. 6. Obſ. 478. n. 1. p. 108. ſequ. *Leyſer.* Spec. 367. Medit. 10.

f) vid. citata lit. d. et e. *Weſtenberg.* in diſſ. 4. de portione legitima c. 2. §. 1. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 44. §. 19. ſequ. *Ley-*

digeſtorum g) a patre inſtitui poterat, reſpuit, niſi heredes neceſſarii ſub contraria conditione a teſtatore exheredati fuerint h); nec fert legatum, ſiue fideicommiſſum, de quo ſi in euentum mortis ſuſpenſum eſt, non tantum legitimam, ſed etiam Trebellianicam deducendi, liberis ius competit, quod ad quoscunque heredes transmittunt i); nec patitur modum k), vel moram l); nec recipit vllum grauamen quoad vſum fructum m), adeo, vt ne vſusfructus quidem, et admini-

*Leyſer.* Spec. 92. Coroll. 3. *Dieterich.* in d. Syſtem. p. 344. §. 487. n. 1.

g) L. 4. l. 86. D. de hered. inſtit. l. 15. et 28. D. de condit. inſtit. *Dieterich.* loc. cit.

h) l. 4. C. de inſtit. et ſubſtit. *Dieterich.* loc. cit.

i) c. 16 et 18. X. de teſtam. *Stryk.* diſp. cit. de grauam. legitimae c. 2. §. 15. *Manz.* Tit. 12. Qu. 45. §. 3. 4. et 5. *Berger.* in Supplem. ad El. D. F. Parte 2. p. 1152. *Weſtenberg.* in d. diſſ. 4. c. 2. §. 1. *Dieterich.* loc. cit. *Wernher.* P. 1. Obſ. 95. n. 3. p. 87. ſequ. P. 2. Obſ. 458. p. 463. ſequ.

k) l. 36. C. de inoffic. teſtam. Nou. 117. c. 1. *Wernher.* P. 1. Obſ. 95. p. 87. in fin. Obſ. 222. p. 262. *Leyſer.* Spec. 367. Medit. 10.

l) *Wernher.* Tom. 1. Obſ. 122. p. 262. Tom. 2. Obſ. 478. p. 109.

m) *Carpzou.* P. 3. C. 12. Def. 7. cit. *Reſp. Altorf.* Vol. 1. Reſp. 64. n. 62. p. 190. *Stryk.* in cit. diſp. c. 2. §. 8. *Idem* de cautel. teſtam. c. 17. membr. 2. §. 8. *Wernher.* P. 6. Obſ. 478. p. 109. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 25. *Dieterich.* in cit. Syſtem. p. 344. §. 487. n. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

miniſtratio legitimae, liberis neceſſario relinquendae, patri adimi poſſit [n]); ſicuti tandem e contrario patris obteſtationes in teſtamento non impediunt, quo minus liberi ſupplementum legitimae recte petant [o]), niſi quoad quis, cuius intereſt, ſe illi grauamini iuſto modo ſubmittat. II.) Memorato principio iuris conſequens eſt, neque per *indirectum* teſtatorem legitimae grauamen regulariter inferre poſſe; cum, citra fraudem iuri factam, id, quod directo prohibitum eſt, nec per indirectum in regula licitum efficiatur [p]), niſi ſi iuſta cauſa accedat, quam propter exceptio a regula facienda ſit [q]), veluti ſi pater filio, fideicommiſſo vniuerſali grauato, vſumfructum omnium bonorum relinquat, eumque, ſi nolit huic legi parere, in legitima inſtituat, isque ſe priori conditioni ſubiiciat [r]). Hinc nec inuentarium, iurataue ſpecificatio in legitimae fraudem remitti poteſt [s]), niſi ſi ipſe teſtator ſpecifica-

n) *Berger.* in E. D. F. Tit. 45. p. 544. nota 6. *Wernher.* P. 4. Obſ. 83. Supplem. 2. p. 822.

o) *Wernher.* P. 3. Obſ. 190. p. 673. et in Supplem. p. 674.

p) L. 29. D. de LL. *Carpzou.* P. 3. C. 7. Def. 24. n. 7.

q) vid. *Io. Fried. Hommel.* diſſ. de eo, quod directo non licet, licet tamen per indirectum. Lipſiae 1703. rec. 1747.

r) *Stryk.* in cit. diſp. c. 3. §. 15. et 16. *Weſtenberg.* diſſ. cit. 4. c. 2. §. 9. *Leyſer.* Spec. 93. Medit. 1.

s) *Wernher.* P. 3. Obſ. 96. p. 566. et Supplem. ibid. *Leyſer.* Spec. 92. Med. 3.

cificationem bonorum ſuorum, iureiurando firmatam, teſtamento adnectat t); nec laeſionem, quae in taxatione bonorum, a teſtatore facta, circa legitimam naſcitur, heredes neceſſarii agnoſcere tenentur u); nec cautela Socini, cuius eſt haec lex: vt heredibus neceſſariis, onere quodam grauatis, vltra *legitimam* teſtator aliquid relinquat, impedit, quo minus heres neceſſarius, recuſato, quod *legitimam* excedit, onus impoſitum declinare queat v). Nec porro fideicommiſſum a patre liberis, ea conditione, ne ſupplementum *legitimae* petant, relictum, mota hac actione amittitur w); neque poena adiecta x), neque prohibitio collationis in *legitimae* fraudem et praeiudicium aliquid operatur y); neque diuiſio et alienatio bonorum in fraudem et praeiudicium *legitimae* conſiſtit z).

In ſequentibus tamen, potiſſimum, caſibus grauamen, deminutione *legitimae* procedit: 1) Quando grauamen fauorem

t) *Leyſer.* ibid. arg. Nou. 48. c. 1. *Idem* Spec. 92. Medit. 4.

u) *Wernher.* P. 1. Obſ. 185. p. 193. et Supplem. p. ead. *Leyſer.* Spec. 92. Medit. 2.

v) vid. *DD.* lit. r. cit. *Dieterich.* d. Syſtem. p. 344. §. 487. n. 4.

w) *Wernher.* P. 1. Obſ. 222. p. 261. l. 32. C. de inoffic. donat.

x) *Leyſer.* Spec. 396. Medit. 3.

y) *Leyſer.* Spec. 413. Medit. 1.

z) *Leyſer.* Spec. 92. Med. 5.

rem et commodum eius, cui *legitima* debetur, reſpicit [a]). 2) Quando heres neceſſarius grauamini, deminutioniue, et quidem, *viuente teſtatore*, ſiue generaliter, ſiue expreſſe et ſpecialiter, *iurato* [b]), *poſt obitum teſtatoris* vero *absque iuramento* expreſſe et ſpecialiter, vel *iurato* generaliter conſentit, et, quoad dimittendum id, quod quantitati *legitimae* deeſt, dictis modis diuerſis renuntiat [c]); quippe qui modi non cadunt in ſolam agnitionem teſtamenti, in quo minus legitima relictum eſt, a filio aut parente ſactam [d]). 3) Vbi pactum fit, transactioue cum aliis filiis, ipſo parente, de cuius ſucceſſione agitur, conſentiente, et vsque ad mortem in tali con-

a) l. 18. D. de lib. et poſthum. l. 25. C. de inoffic. teſtam. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 44. §. 49. *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 37. lit. α. nota I. *Wernher.* P. 6. Obſ. 478. n. 2. p. 108. et 110. *Dieterich.* cit. Syſtem. p. 344. §. 487. Diſſentiunt *Leyſer.* Spec. 359. Coroll. 2. et *Weſtenberg.* in. cit. diſſ. 4. c. 2. §. 7. ex illa ratione imbecilla: quod vſusfructus legitimae patri adimi nequeat.

b) c. 2. de pact. in 6. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 44. §. 58. ſeq. et §. 65. et Tit. 8. Qu. 2. §. 342. Qu. 49. §. 9—13.

c) l. 35. §. 1. C. de inoffic. teſtam. c. 2. de pactis in 6. *Stryk.* cit. diſp. c. 3. §. 10. *Manz.* d. Qu. 44. §. 61. et Qu. 50. §. 10. et 13. et Qu. 49. §. 9—13. *Weſtenberg.* in diſſ. cit. 2. c. 2. §. 30.

d) l. 30. l. 31. §. 1. l. 35. §. 2. l. 36. C. de inoffic. teſtam. Nou. 115. c. 5. §. 3. *Carpzou.* P. 3. Tit. 6. Reſp. 46. *Mollenbec.* in d. Theſ. p. 284. et p. 293. n. 54. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 50. §. 1. ſequ.

conſenſu perſeuerante [e]. 4) Onera illa, quae bona defuncti, citra quae legitimae fraus facta ſit et praeiudicium, afficiunt, velut aes alienum, bona fide a teſtatore contractum, vel hypotheca, quam ſimili modo conſtituit [f]; aut onera, cum adquiſitione bonorum coniuncta, (v. g. annui e bonis praeſtandi bona fide reditus) caeteris paribus, *legitimam* quoque ſequuntur [g]. 5) Quodſi filius, grauatus in *legitima*, habet ſubſtitutum, ſiue vulgariter, ſiue pupillariter, vel coheredem, iſto repudiante, vel intra impubertatem defuncto, legitima ad ſubſtitutum, vel coheredem tranſit cum onere [h]: adeo, vt, pupillari ſubſtitutione a patre filio facta, praeſertim ad piam cauſam directa, filio ante tempus pubertatis decedente, mater ſuperſtes priuetur legitima [i].

 §. XIV.

e) l. 6. C. de transact. l. fin. C. de pactis. *Manz.* cit. Qu. 44. §. 66.

f) l. 8. §. 9. D. de inoffic. teſtam. *Manz.* d. Qu. 44. §. 68.

g) *Manz.* cit. Qu. 44. §. 69.

h) l. 28. D. de legatis 2. l. 90. §. 1. de adquir. hered. l. 81. §. 7. D. de legatis 1. l. 33. pr. de vulg. et pupill. ſubſtit. l. 8. §. 5. D. de inoffic. teſtam. l. 8. C. de impub. et aliis ſubſtit. *Stryk.* d. d. c. 3. §. 12. *Manz.* d. Qu. 44. §. 71. Qu. 45. §. 9. ſequ. *Stryk.* in V. M. lib. 2. tit. 2. §. 15. *Wernher.* P. 6. Obſ. 478. p. 110. circa fin.

i) c. 1. de teſtam. in 6. *Carpzou.* lib. 6. tit. 3. reſp. 29. *Weſtenberg.* in diſſ. 2. c. 3. §. 6. et in diſſ. 4. c. 5. §. 7. Diſſentiunt *Stryk.* diſp. cit. c. 2. §. 21. *Manz.* d. tr. tit. 12. qu. 45. §. 1.

nota

## §. XIV.

*Quatenus ius adcreſcendi circa legitimam locum habeat.*

I.) *Iuſte exheredati vel quaſi* portio, exceptis illis lucris, quae parentes, ex cauſa filiorum adquiſita, his, prohibita deriuatione in extraneos, ſeruare debent [a]), non heredibus neceſſariis, quibus *legitima portio* titulo vniuerſali vel ſingulari relicta eſt, ſed heredi vniuerſali adcreſcit. Ius enim adcreſcendi tantum ad portiones, ex teſtamento, vel ab inteſtato *competentes*, easdemque *vacantes*, ſpectat [b]); iuſte proinde exheredati portio proprie dari nequit [c]); deinde *portio legitima* heredibus neceſſariis, qui non in cauſa exheredationis verſantur, relinquenda, quoad ſingulos, ad *trientem*, vel *ſemiſſem portionis ab inteſtato debitae* adſtricta eſt (§. V. VI. et VIII.); qua propter quemuis eorum, tantum in *legitima* inſtitutorum, niſi a teſtatore ad exheredati legitimam expreſſe vocatus ſit, herede vniuerſali inſtituto *non deficiente*, ſicuti a reliqua hereditate, ita etiam a portione iuſte exheredati exclu-

nota *. putantes: *iure nouo* matri, a marito, per ſubſtitutionem pupillarem filio factam, hereditate filii priuatae, legitimam ſaluam eſſe.

a) Nou. 22. c. 20 et 21.

b) *Hellfeld.* in π. §. 1498. *Dieterich.* in cit. Syſtem. p. 445. §. 744. ſequ.

c) *Struu.* Exerc. 10. §. 27. *Cocceius* in I. C. Lib. 5. Tit. 2. Qu. 18. p. 424.

cluſum habendum eſſe, et, vt portio exheredati potius ad ſcriptum *heredem vniuerſalem, ſanguini ſuo praelatum*, quam ad *coheredes neceſſarios* quibus *ſolummodo legitima* relicta eſt, perueniat, teſtatorem, cuius praeſumta voluntate ius adcreſcendi, vti ſucceſſio omnis, praecipue nititur d), maluiſſe, cenſendum eſt e). Cui ſententiae leges f), a diſſentientibus g) allegatae, caſus ſingulares, et a praeſente quaeſtione plane diuerſos concernentes, non obſtant.

II.) Pari modo ad *trientem* vel *ſemiſſem* portionis ab inteſtato debitae reſtricta *portio legitima deficientis* coheredis neceſſarii ſiue in legitima *parte*, ſiue ex *certa re* h), *inſtituti*, niſi coheredes neceſſarii in *legitima* inſtituti ſpeciatim a teſtatore ſint *coniuncti*, vel *deficiens* contemplatione caeterorum coheredum neceſſariorum renuntiauerit ſuae *legitimae*, eamue repudiauerit, non *his*, ſed *heredi vniuerſali*, vtpote *potiori*,

 *non*

d) *Dieterich.* in d. Syſtem. p. 446. §. 748. *Leyſer.* Spec. 351. M. 4.

e) *Struu.* Exerc. 10. §. 27 et 32. n. 3. *Coccejus.* d. lib. c. loco. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 4. §. 35. et 36. p. 926. ſequ. *Reinharth.* ad Chriſtin. Vol. 1. Obſ. 54. n. 3. 4. 6. p. 133. et in rat. decid. p. 134.

f) Nou. 22. c. 21 et 47. in pr. Nou. 38. c. 3. Nou. 89. c. 6. l. 30. in fin. C. de fideicomm. l. 21. §. 2. D. de iure patron.

g) *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 32. nota *β*. p. 632. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 4. §. 6. ſequ. p. 921 ſequ.

h) *Leyſer.* Spec. 361. M. 3. et 4.

*non deficienti*, adcreſcit. Sunt tamen DD. [i]), qui ſtatuunt, quod, ſi *quatuor* vel pauciores ſint liberi, interque eos filia dotata renuntians, e *triente* omnium bonorum portio renuntiantis filiae patri, ſcriptoue ab eo heredi deferatur; ſin vero *quinque* liberi, ipſa filia connumerata, extiterint, quatuor, qui, deducta filia ſuperſunt, inter ſe ſolos diuidant *trientem*. *Deinde* alii exiſtimant [k]), filio hereditatem repudiante, eius portionem quoad *legitimam* reliquis filiis adcreſcere. *Aliis* contra portio repudiata, ideo, quod omnes coheredes aequali iure gaudeant, reliquis communicanda quoque eſſe videtur [l]).

III.) Quodſi vero heres vniuerſalis hereditatem adire nolit, vel non poſſit, tum partes hereditatis vacantes, vi illius fictionis, ſecundum quam defunctus et heres eadem perſona eſſe videntur, coheredibus neceſſariis in *legitima* inſtitutis adcreſcit. Quemadmodum enim nemo poteſt partim exiſtere, partim non exiſtere: ita nemo quoque partim tantum heres eſſe, vel pro parte teſtatus, et pro parte inteſtatus decedere poteſt [m]).

IV.)

i) *Carpzou.* P. 3. Conſt. 10. Def. 14. *Struu.* Exerc. 10. §. 32. p. 631. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 4. §. 21 ſeq. 22. et 26 ſeq.

k) *Carpzou.* P. 3. C. 10. Def. 15. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 4. §. 59. ſequ. et §. 64. ſequ.

l) *Struu.* Exerc. 10. §. 32. n. 3. *Weſtenberg.* diſſ. 4. de port. legit. c. 4. §. 17 et 18.

m) *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 30. nota δ. n. 2. p. 627. *Leyſer.* Spec. 361. Med. 12.

IV.) Sin autem portio legitima, extraneis heredibus inſtitutis, titulo ſingulari (IX.) relicta ſit coheredibus neceſſariis, tunc *deficientis* portio ſolis collegatariis, ſecundum ius adcreſcendi, quod in legatis obtinet, adiudicanda eſſe videtur [n]).

## §. XV.

*Quaenam actiones legitimae cauſa ſint proditae.*

I.) *Legitimae, titulo haud ſingulari* relictae, proſequendae cauſa ſequentia prodita ſunt media [a]): *ius retentionis* [b]), ſi nimirum quis, cuius intereſt, in poſſeſſione conſtitutus ſit; *Interdictum quorum bonorum* [c]); *remedium l. vlt. C. de Edicto D. Hadriani tollendo* [d]); *actio familiae erciſcundae* [e]); *hereditatis petitio* [f]); *actio hypothecaria* [g]); et, ratione

n) *Weſtenberg*. d. diſſ. 4. c. 4. §. 17 et 18.

a) *Mollenbec.* in Theſ. I. C. lib. 5. tit. 2. p. 286. *Leyſer*. Spec. 361. M. 19 et 23.

b) *Mollenbec.* ibid. nota 95. p. 297. nota 105. p. 648. n. 144. et 145. p. 847. n. 2. p. 1441. n. 118. p. 845.

c) *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 62. §. 1. *. p. 1088. n. 6.

d) *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 54. §. 4. p. 1077. et dicto nota c. loco. item Qu. 13. §. 4. p. 950. *Müller*. ad *Struu.* Exerc. 10. §. 30. nota δ. n. 3. p. 627.

e) L. 2. §. 1. D. famil. erciſc. l. 35. pr. D. de hered. inſtit. §. 1. I. eod. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 54. §. 1.

f) l. 10. §. 1. D. de hered. petit. *Manz.* d. Qu. 54. §. 3.

g) *Carpzou.* Lib. 6. Tit. 4. Reſp. 46. n. 14. *Mollenbec.* in d. Theſ. p. 297. n. 98. *Leyſer*. Spec. 381. M. 1. Negat *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 56. §. 1. ſequ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

ne ſpeciei coporalis et teſtatoris propriae, *reiuindicatio* [h]): quibus exponendis ſuperſedeo. II.) *Legitima titulo ſingulari* relicta, datur *actio* [i]) *ex teſtamento* [k]). Supplementum *legitimae* petitur *actione ex teſtamento* [l]), ſi teſtator *legitimam* praeſtari iuſto modo iuſſerit: cui modo ſi quid, habita ſolum ratione quantitatis aut qualitatis, deſit, datur tandem *condictio ex lege* [m]). III.) Admiſſo vero ab eo, qui *legitimam* relinquere, praeſtareue tenetur, aliquo inofficioſo circa *legitimam*, paratum eſt in *ſubſidium*, tanquam vltimum adiutorium [n]), remedium, *querela inofficioſi*, ſiue *inofficioſae donationis*, ſiue *inofficioſae dotis*, ſiue alius alicuius inofficioſi [o]).

Qui-

h) l. 13. C. hered. inſtit. *Mollenbec.* d. theſ. p. 1173.

i) *Mollenbec.* in d. Theſ. p. 286.

k) L. 1. C. communia de legat. *Manz.* in d. tr. Tit. 12. Qu. 54. §. 1. *Mollenbec.* in d. Theſ. p. 1173. circa fin.

l) l. 36. C. de inoffic. teſtam. *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 31. nota β. in fin. *Mollenbec.* d. l.

m) l. 30. C. de inoffic. teſtam. Nou. 115. c. 3. et 5. arg. l. 35. §. 1. C. eod. tit. l. vn. de condict. ex L. *Struu.* et *Müller.* d. l. *Manz.* in d. tr. Qu. 59 et 60. §. 3. *Leyſer.* Spec. 361. Med. 15. Spec. 413. M. 3. Spec. 500. M. 22. *Hellfeld.* in π. §. 550. *Dieterich.* in cit. Syſtem. p. 483. §. 862.

n) pr. et §. 2. 3. I. de inoffic. teſtam. l. 8. §. 15. l. 23. pr. D. eod. l. 4. C. de liber. praeter.

o) Tituli I. D. et C. de inoffic. teſtam. et Tituli C. de inoffic. donat. et de inoffic. dot. *Mollenbec.* in d. Theſ. Lib. 39. Tit. 5. p. 1292. et

Quibus n. I. et II. nominatis actionibus, ad heredes, etiamſi praeparatae non ſint p), tranſeuntibus, praeſcribitur *triginta* annis q). Querela vero n. III. dicta quinquennio, ab aditate hereditate, niſi quis iuſta grauiſſiſimaque cauſa, quo minus ageret, impeditus ſit, computando, extinguitur r), et, praeterquam, quod, ſi filius exheredatus intra tempus deliberandi inſtituti heredis, adeoque ante aditionem decederet, querela inofficioſi, etiam ſi praeparata non ſit, ad *nepotes* tranſeat s), non, niſi praeparata, ad heredes transmittitur t).

§. XVI.

et 1297. n. 46. 47. *Dieterich*. in Syſtem. cit. p. 480. ſequ. et pag. 603. §. 1242 ſequ. *Leyſer*. Spec. 91. Med. 2. Spec. 413. Medit. 3.

p) *Mollenbec*. in cit. Theſ. p. 286 et 297. n. 100. *Müller*. ad *Struu*. Exerc. 10. §. 3. nota *β*. n. II. *Manz*. in d. tr. Tit. 12. Qu. 59. §. 11.

q) *Mollenbec*. in cit. Theſ. p. 286 et 297. n. 99. *Manz*. in d. tr. Tit. 12. Qu. 61. *Leyſer*. Spec. 372. M. 1.

r) L. 8. §. 10. et vlt. D. de inoffic. teſtam. l. 34. in fin. l. 36. §. 2. C. eod. tit. l. vlt. C. de inoffic. donat. *Mollenbec*. in d. Theſ. p. 285. *Struu*. in Exerc. 10. §. 29. et *Müller*. ad eundem p. 626.

s) L. 36. §. fin. l. 34. C. de inoffic. teſtam. l. 34. in fin. l. 36. §. 2. C. eod. tit. *Mollenbec*. in d. Theſ. p. 284. et p. 290. n. 26. et 27. *Struu*. et *Müller*. d. l.

t) L. 6. §. fin. l. 7. pr. D. de inoffic. teſtam. l. 5. C. eod. tit. *Struu*. et *Müller*. d. l. *Mollenbec*. d. l. *Dieterich*. in cit. Syſtem. p. 483. §. 863.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

## §. XVI.

*An portio legitima, titulo vniuerſali relicta, ipſo iure ſuppleatur.*

*Ipſo iure* fieri, competereue dicitur, quod ſanciente ac iubente lege, vi eius immediata, fit, competitue [a]); cumque leges (§. I. V. VI.) praecipiant, *vt, quicquid minus portione legitima relictum eſt, hoc ab heredibus impleatur* [b]): ſequitur, vt *ſupplementum Legitimae* competat *ipſo iure* [c]). Cuius ſunt hi effectus 1) vt, (quod iam ex §. I. V. VI. et XI. colligi poteſt,) petitio ſupplementi *legitimae* retrotrahatur ad tempus mortis teſtatoris, vel alienationum inofficioſarum, et aeſtimetur ſecundum ſubſtantiam bonorum, habita ratione illius temporis [d]), 2) vt ſupplementum *legitimae* peti poſſit vel inuito teſtatore, qui minus ea reliquit [e]). Et quidem 3) ſupplendae legitimae adſtringuntur et heredes et legatarii pro

a) *Mollenbec.* d. Theſ. p. 1178. n. 41. p. 637. n. 7.

b) Nou. 115. c. 5. l. 30. pr. et ll. ſequ. C. de inoffic. teſtam. §. 3. I. eod.

c) *Manz.* d. tr. Tit 12. Qu. 59. §. 2. 6. 10 et 11. *Reinharth.* ad *Chriſtin.* Vol. 1. Obſ. 43. p. 104. *Leyſer.* Spec. 91. Med. 1 et 2.

d) *Mollenbec.* d. Theſ. p. 637. nota 7. n. 4. *Carpzou.* Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 47. n. 2. 3. *Leyſer.* Spec. 91. Medit. 1 et 2.

e) *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 59. §. 6 et 7. *Carpzou.* Lib. 6. Tit. 5. Reſp. 43. n. 29. 30 et 32. R. 44. n. 5. *Leyſer.* d. Spec. 91. Medit. 2. 10. 12. Spec. 92. Med. 2. 3. 5. Spec. 93. Med. 3. 4. 5. 6. 7. et 8. Spec. 396. Med. 3. Spec. 413. Med. 3. Spec. 361. Med. 16.

pro rata [f]); etiamſi 4) heres neceſſarius, antequam *legitimam* peteret, deceſſerit [g]); nec 5) intereſt, vtrum ab initio minus *legitima* relictum ſit, an poſtea demum ea per euictionem rerum, eo nomine acceptarum, diminuta ſit [h]); nec tandem 6) is, qui ſibi infra *legitimam* relictum ſine proteſtatione accepit, iure, id, quod deeſt, petendi, deſtituitur [i]).

## §. XVII.

### *In quibus caſibus potiſſimum legitima eiusue ſupplementum ceſſet?*

Caſus, iique potiores, in quibus *legitima* eiusue ſupplementum ceſſat, ſunt ſequentes [a]).

I. Si heres neceſſarius rita, aequaque exheredatione aut praeteritione excludatur a *legitima* aut *bona mente* exheredetur (§. XIII.), id quod non ad cauſas in Nouella 115. contentas adſtrictum eſt. II. Si heres neceſſarius quid admiſerit, propter quod ei, tanquam indigno ius ſuccedendi adimitur, et



f) *Manz.* d. l. §. 10. *Müller.* ad *Struu.* Exerc. 10. §. 31. lit. β. n. IV.

g) *Manz.* d. l. §. 11. *Müller.* d. l. n. II.

h) *Manz.* ibid. §. 13. *Leyſer.* Spec. 500. Medit. 22. *Müller.* ad d. Exerc. §. 30. lit. α. n. II.

i) *Manz.* ibid. §. 14. et Qu. 50. §. 8. *Leyſer.* Spec. 93. Med. 6.

a) *Stryk.* cit. diſp. c. 2. §. 10. ſequ. et c. 3. *Manz.* d. tr. tit. 10. qu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7 et 13. tit. 7. qu. 5. §. 23. *Weſtenberg.* diſſ. 4. de port. legit. c. 5.

et fiſci, aut heredum digniorum lucro cedit atque addicitur b): In primis filiis reorum criminis perduellionis vel *legitima* denegatur, ſalua tantum filiabus ipſorum Falcidia (i. e. *legitima*) ex bonis matris, ſiue teſtata, ſiue inteſtata deceſſerit, ſaluisque ex bonis patris, rei, iis, quae ad vxorem titulo donationis lege vſusfructus, proprietate liberis reſeruata, peruenerunt c).

III. Heres neceſſarius amittit *legitimam*, eiusue ſupplementum, ſi eius ademtioni, diminutionive iniquae, directae, ſiue indirectae, modis, §. XIII. ſecundum ſententiam Doctorum fere communem, quae in foro obtinet, dictis, voluntatem ſuam adcommodauit, ſeu *legitimae*, eiusue ſupplemento renuntiauit d). Mihi in his quaeſtionibus: *utrum* ad *legitimam portionem* amittendam *renuntiatio generalis*, *iniurataque ſufficiat*, *an vero ſpecialis*, *et*, *viuo teſtatore*, *iurata ſit ſuſcipienda?* ſic definiendum eſſe videtur: *generalem* nempe *renuntiationem*, ab habili, atque intelligente, quicquid agatur, eiusmodi verbis, atque eo animo accipienti factam, vt, ad quod regreſſus detur, nihil ſuperſit, nec ſecundum id, quod actum eſt, ſupereſſe poſſit, virtualiter itaque renuntiationem ſpecialem,

b) *Leyſer*. Spec. 398. M. 1. 2. 5. 7. 11. *Dieterich*. cit. Syſtem. p. 467. §. 815 ſequ.

c) L. 5. C. ad Leg. Iul. Mai. Aur. Bulla c. 24. I. C. Koch. Inſtit. iur. crim. lib. 2. c. 44. §. 570.

d) *Leyſer*. Spec. 93. M. 6. et coroll. 3. Spec. 45.

lem, iure pacti, bonaeque fidei valere vtique debere [e]); etſi renuntiatio ſpecialis atque explicita, quam Ius Romanum exigit, longe tutior ſit. Qui valor itidem circa renuntiationem iniuratam, a perſona habili, intelligenteque, quid agebatur, factam ſtatuendum eſſe videtur; cum praeterquam, quod vel omnia bona ab aliquo, qui rerum ſuarum iuſtus eſt arbiter, donari poſſint [f]), accipiens in pacto adquirendae ſucceſſionis verſetur [g]), idque pro fide, quae Germanis ab antiquo adſcribitur, ſubtilitates *iuris romani*, quod ne omnia quidem pacta ſucceſſoria improbat [h]); itemque apices *iuris canonici*, quod iusiurandum corporale, ad vim conciliandam renuntiationi hereditati viuentis factae, adeo exigit, vt renuntiatio iniurata per ratihabitionem renuntiantis ex interuallo factam non confirmetur [i]), pati nequeat [k]). Ob contrariam tamen, eamque

 fere

e) *Stryk.* cit. diſp. c. 2. §. 10 et 11. c. 3. §. 7. 8. et 9. *Manz.* d. tr. tit. 12. Qu. 49. §. 5. 6. 8. 21. Qu. 50. §. 10. et 12. *Cramer.* Tom. 1. Obſ. 372. et 405. *Leyſer.* Spec. 45. Med. 7.

f) L. 35. §. 4 et 5. C. de donationib. *Mollenbec.* d. theſ. p. 1292. et p. 1296. n. 40. 41. 42. *Leyſer.* Spec. 433. Med. 4.

g) *Mollenbec.* l. c. n. 41.

h) *Stryk.* tr. d. S. A. I. diſſ. 8. c. 12. §. 16. 17. c. 5. 6. c. 9. §. 4. c. 12. §. 37. *Mollenbec.* d. theſ. lib. 2. tit. 14. p. 138. lib. 18. tit. 4. p. 737. et 747. n. 2. 3. *Dieterich.* d. Syſt. p. 435. §. 713.

i) c. 2. de pact. in 6to. c. 18. de R. I. in 6to. *Stryk.* Cautel. contr. S. 3. §. 12. V. M. lib. 2. tit. 14. §. 24. tr. de S. A. I. c. 16.

fere communem Doctorum ſententiam, nemini ſuaderem, vt, ſibi conſulturus, viuo teſtatore, iniuratam renuntiationem, ſiue ſpecialem, ſiue generalem, vel poſt teſtatoris obitum generalem et iniuratam renuntiationem iuratae praeferret.

IV. Parentes, pactis dotalibus, de transferendo iure ſuccedendi ad coniuges agentibus; *legitima* excluduntur, ſi illis pactis conſenſerunt [l]).

V. Quatenus pater vere remuneratorie donat, eatenus liberi, in *legitima* ſe laeſos eſſe, queri non poſſunt [m]).



c. 16. §. 23. *Leyſer*. Spec. 45. Med. 1. et 5. *Dieterich*. d. Syſt. p. 436. §. 714.

k) *Leyſer*. Spec. 43. Med. 1–5. *Mollenbec*. d. theſ. p. 1018. et 1019. n. 3. *Phil. Balth. Gerdes*, de validitate pactor ſucceſſor. etiam iuram. non confirmator. Gryph. 1729. *Reinharth*. ad *Chriſtin*. II. 15. p. 32- ſeq. *Strubens Nebenſt*. T. V. p. 53. not. d. ibique cit.

l) *Puffendorf*. Tom. 3. Obſ. 116. *Reinharth*. Vol. 6. Obſ. 20. n. 5. *S. I. von der Huthe*, ſiue eius praeſes *G. H. Ayrer*. in diſſ. de legitima parentum pactis dotal. excluſa. Goettingae 1748. *Leyſer*. Spec. 309. Med. 4.

m) l. 8. §. 9. D. inoffic. teſtam. l. 25. §. 11. D. de heredit. pet. l. 27. et l. 34. §. 1. D. de donat. *Stryk*. cit. diſp. c. 2. §. 26. *Leyſer*. Spec. 411. Med. 5. 6.

VI. Amittitur quoque legitima, ſi qua talis ſtatuto ſublata eſt [n]). Quod etiam accidit

VII. neglecto tempore legitimo, quod ad perſequendam legitimam, impugnandumque teſtamentum conceſſum eſt [o]). (§. XV.)

n) *Stryk.* d. d. c. 2. §. 3. et c. 3. §. 13. *Manz.* d. tr. tit. 12. Qu. 2. §. 24. 30 et 44. Qu. 51. §. 3. S. *Rechenberg.* diſſ. de eo, quod legitima ſit iuris ciu. et ſtatuto plane tolli poſſit. Lipſiae 1733. *Leyſer.* Spec. 92. Coroll. 2. Negant, ratione parentum et liberorum, *Reinharth.* Vol. 6. Obſ. 20. p. 52. Vol. 1. Obſ. 43. p. 104. *Schumann.* d. d. §. 21. *Weſtenberg.* diſſ. 1. de port. legit. c. 5. §. 28. et diſſ. 4. c. 5. §. 8. et 9.

o) L. 34. C. de inoffic. teſtam. *Manz.* d. tr. Tit. 12. Qu. 61. *Leyſer.* Spec. 372. Med. 1.

Errata.

# Errata.

pag. 4. nota c) loco *Nou.* 125. legas Nou. 115.
p. 4. - lin. 1. loco *ſuccedenti* legas ſuccedendi.
p. 6. - i) linea 4. loco *Heur.* legas *Henr.*
p. 6. - i) lin. 5. loco *Weſſenberg.* legas *Weſtenberg.*
p. 7. - - lin. 2. loco *maſculos* legas cognatos.
p. - - - - 5. loco *praecipienda* legas praeripienda.
p. 7. nota l) deleantur *leges cit.* et ſubſtituantur ſequentes: §. 1. 2 et 3. I. de legit. agnator. tutela. l. 1. §. 10. 11. l. 2. D. de ſuis et legitim. hered. l. 7. D. de tutor. legit. l. 10. §. 2. 3. 4. 6. D. de gradib. et adfinib. arg. §. 7. I. de adopt. l. 23. D. eod. l. 44. eod. Tit. I. de ſucceſſ. cogn. *Heinecc.* l. lib. 1. tit. 11. §. 182.
p. 8. nota q) lin. 3. loco *Weſtenberg. d. c.* §. 26. legas *Weſtenberg.* diſſ. cit. 2. c. 2. §. 26.
p. 8. nota s) lin. 1. loco *n.* 1. legas nota a)
p. 8. nota s) lin. 2. loco *n.* 1. legas nota a)
p. 33. - n. - - loco *corrol.* legas coroll.
p. 41. - x. - 3. loco *erciſo* legas erciſc.
- - - z. - - loco *famu eriſc.* legas famil. erciſc.
- 42. - l. - - loco *doctis* legas dotis.
- 44. - - - 1. loco *legatorio* legas legatario.
- - - - - 9. loco *fiideicommiſſa* legas fideicommiſſa.

VD18

ULB Halle 3
005 364 396

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-144556073-15

7

1792,3

SPECIMEN INAVGVRALE IVRIDICVM

DE

# LEGITIMA,

ILLVSTRI JCTORVM ORDINI,

QVI

ERFORDIAE FLORET,

RO CONSEQVENDIS IN IVBILAEO, QVOD INSTAT,

SVMMIS IN IVRE HONORIBVS,

EXHIBITVM

A

VDOLPHO HENRICO LILIEN,

ILLVSTRIS REGIMINIS ELECTORAL. ADVOCATO.

ERFORDIAE, MDCCXCII.

LITTERIS GOERLINGIANIS, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-144556073-15